




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

M 4040(1)/A/1

N. N. h

10

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Bibliotheca Colbertina. 42550

MARBODAEI GALLI CAENOMANENSIS DE

gemmarum lapidumq́; pretiosorum formis, naturis, atq; uiribus eruditũ cũ primis opusculũ, sane q̃utile, cum ad rei medicæ, tũ scripturæ sacræ cognitionẽ: nũc primũ nõ mõ cẽtũ ferme uersib. locupletatũ pariter & accuratius emẽdatũ, sed & scholijs q̃q; illustratũ p Alardũ AEmstelredamũ

¶ Cuius studio additę sunt & præcipuæ gemmarũ lapidũq́; p̃tiosorũ explicatiões, ex uetustiss. qbusq́; autorib⁹ coactæ. Cũ scholijs Pictorij Villingeñ.

Ἐν μαργάριτον τίμιον. Ἀποδοὺς ἅπαντα λάμβανε.
En margaritũ nobile, E me si cupis ditescere.

Rationale. Exodi. 28. & 39. Leui. 8.



3 Smaragdus Leui	4 Carbũcul⁹. Iuda	5 Saphirus Zabulon
2 Topazius Simeon	9 amethystus Aser	6 Iaspis Isachar
1 Sardius Ruben	10 chrysolitus Nepthalim	7 Lincurius Dan
12 Beryllus Beniamin	11 Onychinus Ioseph	8 Achates Gad

Coloniæ excudebat Hero Alopecius. Anno. 1539.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Autores.

Moses.
Prophetæ.
Ioãnes Theolog⁹.
Philo Iudæus.
Rabbini.
Plato.
Plinius.
Discorides,
Galenus.
Athenæus.
Seneca.
Hegesippus.

Solinus.
Origenes.
Gregorius Naziã.
Tertullianus.
Basilius.
Athanasius.
Cyprianus.
Hieronymus.
Ambrosius.

Augustinus.
IoannesChrysost.
Theodorit⁹Cyre.
Beda.
HermolausBarb.
Marsilius Ficinus
D.Eras.Roterod.
Erasmus Stella.
Augustinus Steu.
Alard⁹ Aemstelr.
Pictorius Villing.

Index.

Adamas siue siderites 1
Achates 2
Alectorius 3
Amethystos 18
Alabandicus 23
Aetites 27
Asbestos & Medica 34
Androdamas 49
Apistos 53

B

Beryllus 14

C

Chalcedonius 7
Chrysopasius 9
Chrysolithus 13
Chrysoprasus 16
Chelidonius 19
Coralius Corallus siue lithodẽdrõ Gorgonia 22
Corneolus 24
Carbunculus 25
Ceraunius 30
Chalazias 38
Chelonites 40
Crystallus 42
Calcophonos 54
Chryselectrus 60

D

Diadochos siue Diadocos 58
Dionysias 59

E

Epistrites siue Aetites 27
Enydros 32
Exacontalitus 47

G

Geranites siue Hieracites 4 2
Gagates 2
Gagatromæus
Galactis siue Galactites siue Galaritides 4

H

Hiacynthus
Heliotropia

Hephęstites siue hepisthe tis 32
Hęmatites 33
Hexacontalithos 39
Hiænia 45
Hieracites siue geranites 4
I
Iaspis 5
Iris 48
L
Lyncurius 26
Lipares 46
M
Magnes& theamedes 21
Medo siue Medus Medea 37
Molochites 55
O
Onyx 12
Orites 44
Ophthalmius 50
P
Pæanites siue pęantis 35
Prasius 41
Pantherus 52
Pyrites 57
S
Saphirus siue syrtites 6
Smaragdus 8
Sardius 10
Sardonyx 11
Selenites siue lunaris 28
Sagda 38
T
Topasius 15
Tecolithos 56
V
Vnio siue Margarita 51

¶Hieronymus ad Fabiolam de uestitu sacerdotum.

SEptimum uestimentum est mensura paruum, sed cunctis supradictis sacratius. Intende quæso animum: ut quæ dicuntur intelligas. Hebraicè uocatur hosen, Græcè autem λόγιον, nos rationale possumus appellare, ut ex ipso statim nomine scias mysticū esse quod dicitur. Pannus est breuis ex auro, & quatuor textus coloribus, hoc est ijsdem quibus & suphumerale, habens magnitudinem palmi per quadrum & duplex, ne facile rumpatur. Intexti sunt enim ei duodecim lapides miræ magnitudinis atq; precij p quatuor ordines: ita ut in singulis uersiculis terni lapides collocentur. In primo ordine sardius, topazius, smara

gdus ponitur. Symmachus dissentit in smaragdo, ce-
raunium pro eo transferens. In secundo Carbunculus
Sapphyrus, Iaspis. In tertio Lincurius, achates, ame-
thystus, In quarto chrysolitus, onychinus, beryll⁹. Sa
tisq; miror cur hiacynthus preciosissimus lapis, in ho
rum numero nõ ponatur, nisi forte ipse est alio nomi-
ne Lincurius. Scrutãs eos qui de lapidum scripsere na
turis atq; gemmarum, Lincurium inuenire nõ potui.
In singulis lapidibus secundum ætates duodecim tri-
buum sculpta sunt nomina. Hos lapides in diadema-
te principis Tyri, & in Apocalipsi Ioãnis legimus, de
quibus extruitur cælestis Hierusalem: & sub horum
nominibus & specie, uirtutum uel ordo uel diuersitas
indicatur. Per quatuor rationalis angulos, quatuor a-
nuli sunt aurei, habentes cõtra se in superhumerali a-
lios quatuor, ut cum appositum fuerit λόγιον, in loco
quem in ephod diximus derelictum, anulus ueniat cõ
tra anulum, & mutuò sibi uittis copulent̃ hiacynthi-
nis. Porrò ne magnitudo & pondus lapidum contex-
ta stamina rumperet, auro ligati sunt atque conclu-
si: nec suffecit hoc ad firmitatem, nisi & catenæ ex auro
fierent, quæ ob pulchritudinem fistulis aureis tegerẽ-
tur, haberentq; & in rationali supra duos maiores a-
nulos, qui uncinis superhumeralis aureis necterẽtur,
& deorsum alios duos: nã post tergum in superhume-
rali contra pectus & stomachum, ex utroq; latere erãt
anuli aurei, qui catenis cum ratiõalis inferioribus a-
nulis iungebantur: atque ita fiebat, ut astringeretur &
rationale superhumerali, & superhumerale ratiõali,
ut una textura contra uidentibus putaretur.
¶ Erasmus lib. Ecclesi. 1. In dextero lapide insculpta
erant sex nomina filiorum Iacob maiorum, in sinistro
totidem minorum: & addidit scriptura. Ponebatq; A-
arõ nomina eorum coràm domino super utrunq; hu-
merum ob recordationẽ. Ibidem. Epomidi super pe-
ctus

ctus catenulis & anulis aureis annexum erat, indumentum cæteris magnitudine minus, sed omnibus alijs sacratius, λόγιον uertêre septuaginta, Hieronymus rationale. Textum erat ex auro, ijsdem picturatum coloribus, quibus superhumerale. Erat autem duplex ob firmitudinem, & quadrum undiq; palmi, siue quatuor digitorum spacium habens. In hoc erant quatuor ordines preciosissimarum gemmarum, quas nominatim recẽset scriptura: Quisq; uersus habebat tres lapides, ut essent numero 12: in singulis gemmis insculpta singula patriarcharum nomina. Arbitror hoc ipsum pectoris uelamen appellari δήλωσιν siue ἀλήθειαν, hoc est, declaratiõem, & ueritatem, ob admirabilem gemmarum fulgorem, in qua putant & diuinationem quandam fuisse. ¶ Erasmus lib. primo de ratione concionandi. Superhumerale pontificis erat catenulis, anulis, & uncinis aureis miro opere cõnexum, quatuorq; coloribus, hyacintho, cocco, bysso, & purpura picturatum in utroq; humero habẽs gemmam onychinam auro conclusam.

Ezechielis 28.

¶ Tu es signaculum similitudinis, plenus sapientia & corona decoris, in delitijs paradisi dei fuisti, omni lapide primo indutus es, sardio, topazio, & smaragdo, carbunculo, & sapphiro, & iaspide, argento quoq; & auro & lyncurio, & achate, & amethisto, & chrysolito, & beryllo, & onychino: auroq; replesti thesauros tuos & apothecas tuas in te. A qua die cõditus es, cum cherubin posui te in mõte sancto meo: fuisti in medio lapidum ignitorũ, immaculatus in dieb⁹ tuis ex quo conditus es; donec inuentæ sunt in te iniquitates tuæ.

ALARDVS AEMSTELredamus, lectori.

India quas affert, quas parturit Africa gemmas:

Quas tener è terra diuite mittit Arabs,
Quæ dat Erithræum preciosa monilia littus,
Quas dat & Aegyptus, hic liber has dat opes.

Eidem.

Thesaurum specie quidem pusillum,
Ast magnum pretio, parato paruo.
Noli spernere, nec putare parui,
Paruo q; liber iste uænit ære.
Expendenda magis ualore res, quàm
Magno corpore. pluris æstimatur
Quàm uastissima saxa, parua gemma,
Et põto erutus Indico lapillus.
Noli spernere, nec putare parui,
Quod crassa liber æditur papyro?
Nam uili pretiosa sæpe
Testa, materiaq; conteguntur.

Eidem.

An uix unius æstimabis assis
(Quantiuis pretij licet pusillus)
Quod crassa liber æditur papyro.
Permagni ecce refert tua profecto,
An conchylia, glareas, an algas,
Sparsum in littore & obuium lapillum
Conuexes piger, eruas supinus,
Contra an peruigil, abditas, opertas,
Abstrusas studeas parare gemmas.

Eidem.

Dignus es argento, fuluo quoq; dignior auro,
Atq; adeò superas uel pretium omne liber.
Tam stupidus nunquam nec tu (puto) Glauce fuisti,
χάλκεα donanti, χρύσεα qui dederas:
Quàm nunc nos merito sumus, & dicamur oportet,
Gemmarum uili qui damus asse penum.

Eidem.

Quædam mole placent, uelut Colossi,

Montes

Montes, pyramides, poli, Gigantes,
Mausolæa, theatra, & ambulacra.
Quędam grata magis, magisq; chara
Hoc sunt nomine, quæ minutiora:
Quorum de numero solent haberi,
Scalpturæ, lapidesq;, gemmulæq;,
Gnani, pumilio, libelluliq;,
Ipsa qui breuitate præferuntur.
Paruis gratia magna iuncta rebus.
Maior corpore uis uiget pusillo.
Non e littore colligit lapillos,
Passim cuilibet obuios in orbem:
Astraras aliquot, nouasq; gemmas.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO patri, & eidem principi illustriss. summoq; religiõis assertori D. Georgio Hęcmondẽsi, Episcopo Traiectensi Alardus Aemstelredamus S. D.

INter tot insignia donaria, quibus undiq; cumulatissime aucta est, donataq; regia illa Hollandiæ Hæcmunda, præsul amplissime, non alia res mihi semper impensius arrisit, quam quod D. Egbertus Theodorici secundi Hollandiæ Comitis, optimi patris optimus filius: Primũ subitas fundatissimæ Hæcmundensium familiæ ruinas deintegro instaurauit. Deinde bibliothecam absumptam incendio impensissime reparandam curauit. Ad extremum apud Treuiros (ubi & olim D. Hieronymus Hilarium quoque descripsit) archiepiscopus, eam optimis quibusq; autoribus, tum sacris, tum prophanis egregiè instruxerit. Quam nimi-

rum bibliothecam cum superioribus annis diligenter excuterem, accuratéque lustrarem, ut scholijs meis in opus diui Augustini de doctrina Christiana nonnihil adiectionis adiungerem, atq; perquisitius inuestigarem, ecquid esset quod faceret ad cognitionem lapidum pretiosorum, quorum frequens admodum mentio fit in arcanis literis: Incidi in libellum Marbodæi Galli de lapidib9 pretiosis, perpusillum quidẽ, sed rei medicę sacrarumq; literarum studiosis mire utilem, & lectu non iniucundum, nempe in quo lector habeat, quod expẽdat, non quod numeret. Non enim potest esse delectus, ubi numero laboratur. Quo repto non minore mihi animus gestijt lætitia, quam Alexander ille Magnus lętabatur, inter spolia Darij Persarum regis unguentario scrinio capto, quod erat auro gemmisq; ac margaritis pretiosum. Et queẽadmodum uarios eius scrinij usus amicis demonstrantibus, quando tædebat unguenti bellatorem, & militia sordidum. Imò hercle inquit librorum Homeri custodię detur, ut pretiosissimum humani animi opus, quã maximé diuite opere seruaretur: Ita deus optimus maximus uidetur mihi uoluisse non iniuria reconditissima naturæ miracula lapides pretiosos, gemmas & margarita rationali pontificio concredi. Nã sicut Alexander ille magn9 uetuit, ne quis se gemma sculperet prçter Pyrgotelem summum uidelicet artificem: Ita non conuenit doctrinam euangelicam abs quouis doceri, aut munus item ecclesiasticum abs quouis administrari, sed à scribis doctis ad regnum cęlorum, patribusfamiliâs de thesauro suo noua & uetera depromentibus similibus, ab hisq; duntaxat quibus reconditiores horum lapidum duodecim uirtutes atq; potentiæ ineẽnt ne iuxta prouerbium uulgotritissimum dicatur ὄνος ἄγων μυστήρια. Et quemadmodum in opalo gemma, multarum gemmarum dotes eminent, nempe carbunculi

tenu

tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi uirens mare: cunctaq; hæc pariter incredibili mixtura lucentia: Ita multorum uirtutes in uno põtifice debent eminere, & in illo conuenit inuenire quicquid apud ullos alios placere potest. Atq; hoc est in causa cur in Exodo deus Opt. Max. maximum illum prophetarum Mosen rationale tam graphice, tamque operose iusserit apparare, apparatumque lapidibus aliquot pretiosis, atq; ijs multo rarissimis inuentu distinguere. Sed ut gemmas, aurum, & argentum, æs, ferrũ, frustra natura diuina genuisset, nisi eadem docuisset, quemadmodum ad eorũ uenas perueniretur, nec fruges terrę, baccasue arborum cum utilitate ulla generi humano dedisset, nisi earum cultus, & cõditiones tradidisset. Materia deinde quid iuuaret nisi confectiõis eius fabricam haberemus? Sic cum omni utilitate, quã dij hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. Quo nomine (quantum attinet ad lapidum indolem) nõ parum, imo plurimum debemus Marbodæo, qui nobis compẽdio pstringit, Quot species lapidum, quæ nomina, quiuẽ colores, Quęuẽ sit his regio, uel quanta potentia cuique. Proinde libellus hic non erit in postremis habendus, R. D. V. cum ob multa alia, tũ certe in primis ob tabulam auream, undecunq; pretiosis lapidibus eminus intermicantem pariter & irradiãtem. Nam etsi multa sint Hæcmundæ antiquitatum monumenta, tamen hoc è multis unum est maximũ, possetq; fortasse (ut absit inuidia uerbo) non pessime uocari octauum orbis miraculum. Quandoquidem opinor nec Hannibalem post Canensem cladem tot anulorum modios misisse Carthaginem, nec reginam Saba tot gemmas pretiosas regi Salomoni dono attulisse, quot rationali pontificio, quot codici euangelico, quot fragmentis S. crucis, quot tabulæ illi aureæ D. Adelberto Deierorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

regi sacrę, quot simulacrhis fabrè factis ex auro, quot deniq; cæteris aureis, & argenteis diuorum loculamētis ad miraculum usq; intersignitis, aut auri puripondo, aut arculas plenas argenti facti atq; signati, aut lapides pretiosos atq; adeò extra pretia omnia, taxationemq; humanarum opum, nobilis illa matrona Hildegardis Theodorici comitis Hollādiæ nostræ secundi uxor suppeditauit. O insignē animi in superos candorem, atq; pietatem. Deum immortalem quotusq;sq; iam est ex Satrapis hisce Sardanapalitijs, & præcipue Cleopatris istis ostentatricibus, quę nō potius pecuniam omnem, dotem, uasa, fundos, agros, unà cum ipsis & uillis & pecoribus: in summa uniuersum patrimonium quamuis alioqui sic satis lautū, in fragilibus falsæ gloriæ choragijs cōparādis, in unionibus, in inauribus, in lautitijs, in cupedijs, in unguentis, in repotijs in choreis, in lusibus, in alea paucis diebus absumant, abliguriant, absorbeant, quàm uel minimum teruntium conferant in gazophilatium, & in alimoniā pauperum, uereq; religiosorum. Tātumq; abest ut hodie quicquam speretur beneuolentiæ à magnatibus aliq̄t huius seculi, ut passim satagant rerum suarum ecclesiastici omes, quò se suaq; ab harpyarum manibus tueantur, asserātq;. Olim dominus deus de spolijs Aegyptiorum ditauit Hebræos, at nunc multi ditant Aegyptios de spolijs Hebræorum, hoc est, ecclesiasticorum. Multi item ædificant parietes, & colūnas ecclesiæ substruunt, marmora nitent auro, splendēt laquearia gēmis, altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est. Quæ utilitas parietes splendere gemmis, & Christum in paupere fame periclitari? Christi templum anima credentis est. Illam exornemus ueste, illi offeramus donaria, in illa Christū suscipiamus. D. Hieronymus tantopere laudat in episcopo quod sacra uasa in pauperum erogaret alimentum, & templum dei spoli-

ſpoliaret,ne deeſſet pauperibus,cum nunc pluſquã ſa-crilegum eſſe dicũt,aliquid de donarijs ſacris tollere, etiam ſi uniuerſi pauperes Saguntina(quod aiunt) fa-me laborent. Vale,ac quod ſupereſt etiamnum,cum plebeio tranſegero lectore. Coloniæ pridie Epipha-niæ dominicæ. Anno 1539.

ALARDVAEMSTELRE damus Lectori.

IAm uero ne quemadmodum Gallus ille apud Ae-ſopum,repertam à ſe gemmam, idcirco abijciendã eſſe arbitrabatur,quod quæ uirtus,quiúe uſus eius gemmę eſſet,ipſe neſciret: Ita fortaſſe & hic libellus Marbodæi de lapidibus pretioſis,minus in pretio ſit futurus apud multos,quòd & nomen gemmarum a-pud omnes longe ſit uulgatiſſimum, ita pauci quę uis quæúe indoles ipſarum gemmarum ſit, ſatis norunt, aut magnopere noſſe deſiderant,adeò ut nõnunquam uel impudẽter addiuinantes,uel ſordidos dictionari-os conſulentes,è Berillo faciant ſpecillum, è Iaſpide aſpidem,ê Lyncurio Mercurium,è Saphiro papyrum, è Tecolitho acolithõ,è Magnete deniq; agnetẽ. Quid hic attinet referre,quæ ſcripturæ ſacrę gloſſographi, & hos cæcos cæci ſequuti theologi recentiores ex ha-rena(quod aiunt) funiculum nectentes, commẽti ſunt de gẽmis,deq; lepidib⁹ tam abſurda ἀσύνχτα καὶ ἄτοπα,ut uix lapides talia dicturi ſint. Abũde ſatis doctũ uide-tur iſtis,ſi modo adiecerunt eſt nomẽ gẽme, aut ẽ ſpe-cies lapidis,aut ſi quid aliud mauis. Operæpretiũ du-xi ptincipio ſcripturæ ſacræ, poſt deinde ueterum in-terpretum teſtimonia,in apertũ proferre,quibus oſtẽ-dunt non raro lapidum pretioſorum uocabula, ſuis monumentis ſeu lunam interijcere Moſen, Dauidem, Salomonem,atq; cum primis prophetas omnes,Quo-rum ἀλληγορίαν ſi quis uelit apposite tractare,ut tracta-

re per-

re persæpe necessum est, nec tutò, nec feliciter id fece-
ris, si uim, uirtutem, naturamq́ gemmarum prorsus
ignores. Quandoquidem plerunq ex ipsa lapidū pro
prietate pendet intellectus mysterij, & allegoriç inuo
lucrum. Quod euidētius declarat D. Augustinus lib.
de doctrina Christiana 2. capite sextodecimo, alij itē
interpretes in arcanis literis absolutissimi. Cæterum
quòd libellum hunc multis undiq́ oppressum lituris
nihil aut ferè nihil adiutus ueterum præsidio exem-
plariorum, sed factis duntaxat coniecturis ex Plinio
iuxta ac Solino, quos uidetur mihi non infeliciter æ-
mulatus esse Marbodæus, à nobis accurate recognitū,
& additis scholijs utcunq illustratum, curauimus ex-
excudendum; In causa fuit, quod scripturæ sacrç quas
iam suo sibi more uendicant omnes, & una saliua con-
taminant omnes, multç aliâs in commemoratione la-
pidum pretiosorum, multa commemorant, quæ nō sa
tis exposita uideātur esse his, qui parū exercitati sunt
in Pliniana lectiōe. Rogatu igitur amicorum aliquot
quicquid est istuc scholiorum ut αὐτοσχεδιασὶ ita compē
dio perstrinximus. Mihi enim semper cum primis il-
lud arrisit βάια ἀεὶ δ'ῦμνούμενα, id ē, pauca sed apta. Spe-
ro fore, ut breui, aut ego, aut meus ille Crocus carmi-
ne conscribat, quæ uidebuntur etiamnum in Marbo-
deo desiderari. Qd' si plura uoles Theophrastū, Dio-
scoridē & Pliniū &c. euoluas licebit. Paucula hæc q̃lia
qualia quidem sunt, non citrà magnum tamem labo-
rem multis magnis distenti negotijs hinc inde suble-
gimus. Vt em̄ natura gemmas altissime recondidit
uilia passim obuia sunt, ita quæ sunt optima paucissi-
mis nota sunt, nec nisi summo studio eruūtur. Et quē-
admodum quæ præclara sunt, uix multo cultu proue-
niunt, contra cepe, allia, & quædam huiusmodi etiam
reposita aut suspensa proferunt sese, Ita quæ sunt egre
gia, non nisi multo contingunt labore, quç mala pas-
sim

ſim ſunt obuia. Qui uero in aureolis hiſce uerſibus, q̄ tãtis exuberãt uirtutibꝰ, de pauculis Magorꝝ uanitatē redolētibus cauillat: idē facit q̄rēti de natura, ꝙ quæ-dam genuerit noxia, diſſimulatis tot bonis. Ne qs mihi nimium ſuperſtitioſus cognitionem lapidum, ceu ſuperſtitioſam arbitretur primum: deinde Marbodæum huius autorem operis, quòd nō uno in loco curandis ægrotationibus, iuxtaq́ ſanandis corporibus lapides admouendos eē præſcribat, ut imagicum prorſus eliminandum, profligandumq́, & explodendum eſſe uociferetur: Operæpretium duxi ex Auguſtino commonſtrare, quatenus id maximè nobis Chriſtianis, aut liceat aut religio ſit. ¶ Auguſtinus libro 2. de doctrina Chriſtiana cap. 29. Quanquam ubi precantationes & inuocationes, & characteres nō ſunt, pleruncq; dubium ē, utrum res, quæ alligatur, aut quoquomodo adiungitur ſanando corpori, ui naturæ ualeat quod libere adhibendum eſt, an ſignificatiua quadam obligatione proueniat. Quod tanto prudētius oportet cauere Chriſtianum, quanto efficacius prodeſſe uidebitur. Sed ubi latet, qua cauſa, quid ualeat, quo animo quiſq; utatur, intereſt duntaxat in ſanandis, uel temperandis corporibꝰ ſiue in medicina, ſiue in agricultura. Hactenus Auguſtinus. Ad extremum qua cauſa, quoue caſu acciderit equidē neſcio: Illud ſcio in Marbodæo per Pictorium Villingenſem prodito, cum ſępe aliâs, tum in Galactite lapide non poſſe non inuerſum eſſe ordinem, eūque lapidem coniunctè ſtatimq́ ſequi debere Cryſtallū, argumento, quod poſteaq̄ ultimus de Cryſtallo uerſus ſic habeat:

Quo potu credunt implerier ubera lacte.

Mox in exemplari quo nos ſumus uſi Hæcmundenſi ſubijcitur:

Nec minus & cineri ſimilē Galactida dicunt,
Cum mulſo tritum lac multiplicare bibenti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Ecquis non hãc malit lectionem, quam eam quam affert Pictorius?

Hunc lapidẽ cineri similem Galactida dicunt. &c. Quanquam quid attinebat unum hoc referre, cum huius farinę loca nusquam nõ sunt obuia? Bene ualebis, ac illud scias uelim lector in exemplari Villingẽsi nõ parum multa etiamnũ desiderari: Nẽpe principio legitimũ totius operis ordinem, cũ epistolis duabus, & uersibus plus minus octodecim. Deinde octoginta, aut fere octoginta alios uersus Marbodæi aut alterius, quibus nos impertitus est Ioannes Nouiomagus, uir non tantum Græcè literatus, sed & in Mathematicis probe uersatus. Ad extremum nõ parum multa alia, quæ inter conferendum facile cognoris. Quæ ad unum omnia huic ascripta libello deprehendere est, ut omittamus innumera, quæ sustulimus errata. Verũ de ijs aliorum esto iudicium. Bene ualebis amice lector.

SALVTEM DICIT TIberio Euax.

DEsideranti tibi scribi à me mysteria omium lapidum, † quæ generi humano, ea sapienti prodesse uideantur, negandum tibi non fuit. Tu itaq; custodi summa diligentia mysterium summi altissimiq; dei. Hoc enim mysterium cæteris gẽtibus incognitum, Aegyptijs uero cognitum, neq; ἀλλοφύλοις neque alijs hostibus tradideris, ne unquam ad sterilitatem huius scientiæ deueniat Aegyptus, & ne eadem per aliquem concremata, incendio conflagretur, aut immissis in Aegyptum regibus seruos efficiat omnes Aegyptijs dominantes. Hic enim alijs traditus nõ est, & ne alij in sua potestate detineant, perpetua custodia habeatur. Iuro autem tibi per summum deum, quod parem melioremue librum Aegyptus non habet, Cuius iuratiõis testis est summus deus. Mittam enim tibi bonum scilicet nomen, per quod genus noscetur. Igitur

† q̃ gñi humano ea prodesse, sapiẽtibus uidebatur.

tur perpetualiter custodiatur in nobis. Præstat enim multum in omnibus actionibus per singulas Hierarchias, quas Græci uocant omnium lapidum Vale.

EVAX TIBERIO IMperatori Salutem.

MAgnifica tua dona accepi, per cẽturionem Lucinium, Frontonem nomine, quem dignatus es mittere ad me. Et ego tibi inuicem misi q̃d cunq; charius per terram in Orientis partibus de omnibus lapidibus remediorum nomen existit. Vale.

ALARDI AEMSTELREDAMI IN Marbodeum Gallum de lapidibus pretiosis Scholia. In epistolas.

REclamabit aliquis forte morosulus inconditiores, ne dicam beta magis insipidas esse has epistolas, quàm ut scholijs illustrẽtur. Cui quãquam hac in re nolim esse peruerse contentiosus, ut q haud sciam casu ne factum sit an dedita opera, quod irrepserunt in hoc opus. Nam quemadmodum qui decretum inferunt ad populum, asscribunt bona fortuna, ne nihil de suo uidãetur addidisse: Ita quidam alienis libris nugas ascribunt, quæ nihil ad rem pertinẽt, & res nugaces nugaciter tractant, & in autorem indoctum indoctos scribunt commentarios. Tamẽ quum ex Homero nõnihil occureret memorabile q̃d ad has attineret epistolas, non libẽter antiquari passi sumus, ac uelut obolescere. Id adijcere superuacaneũ erat, nisi hoc seculo nihil non arroderet calumnia.

¶Salutem dicit Tiberio Euax) Neq; ita longe hinc dissidet character ille salutandi, qui est in Persa Plautina Salutem dicit Toxilo Timarchides, & om̃i familię. Si ualetis gaudeo, ego ualeo recte, & rem gero, & facio lucrum. ¶ἀλλοφυλοῖς). i. alienigenis. Sic mysticus ille psaltes. ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφίλωσαν. i. mihi alienigeuæ amici facti sunt. ¶Hic enim alijs traditus non est) Secretũ meum

um mihi. Esaias 24. ¶ Parem meliorem ue librum) Iu uenalis satyra 2. Donant arcana cylindros. ¶ Mittam enim tibi bonum scilicet nomen) Homerus Odissee. 3 ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει .i. Quippe homini ex istis bona fama decusq; Idem alicubi ὅνκεν ἀλλίμος εἴη ἀνὴρ ὁ τόσσα γίνοιτο.

Οὐδέ κεν ἀκτήμων ἐριτιμοῖο χρυσοῖο
Μέγα κεν οἱ ἐπουράνιον κλέος εἴη
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, καί οἱ δόσις ἔσσεται ἐσθλή.

Magnifica tua dona accepi) Quæ apud Græcos dicuntur ἐπάυλια δῶρα, siue ἀπαρίσια. Erudite hoc, ut omnia, Democritus admonuit μικρὰ διδόναι βούλου μᾶλλον, ἢ μεγάλα ἐγγυᾶν. ὅτε γὰρ κίνδυνος ἄπεσι. καὶ ὁ λαβὼν ἔργῳ οὐ λόγῳ χρείαν ἔχει .i. Coneris ad exigua largiendum, quam ad plura promittendum esse propensior, potissimum si fieri possit citrà iacturam. Nam penuria laborantibus donum uel pere xiguum prodest, uerba & magnificę pollicitationes nulli sunt utiles. ¶ Et ego tibi uicissim) Atq; ho est, quod aiunt, δὸς καὶ λάβε. Hyram rex Tyri misit Salomoni preciosissima quæq; ligna pro extructione templi. Et Saba regina regem Salomonem multis quoq; pretiosis gemmis impertita est. Verum hæc ceu πάρεργα paucis indicasse sat erit.

MARBODAEI GALLI CAENOMANENSIS

de gemmarum lapidumq; pretiosorum formis, naturis, atq; uiribus, eruditum cum primis opusculum, sane quam utile, tum ad rei medicæ, tum scripturæ sacræ cognitionem: nunc primum non modo centum ferme uersibus locupletatum pariter & accuratius emendatum, sed scholijs quoq; illustratum per Alardum Aemstelredamum.

Euax



Vax rex Arabū ‡ legitur scripsisse Neroni, ❡
Qui post Augustū regnauit ī orbe secūd⁹, ‡ fertur
Quot species lapidū, q̃ noīa, quiúe colores,
‡ Quæúe sit his regio, uel quanta poten- ‡ Quæq́
tia cuiq́.
Hoc opus excerpens, dignum componere duxi,
Aptum gestanti forma breuiore libellum,
Qui mihi præcipue, paucisq́ pateret amicis.
Nam maiestatem minuit, qui mystica uulgat.
Nec secreta manent, quorum sit conscia turba.
Hunc tribus (ut multū) dandū sancimus amicis,
Qui numerus sacer est, & nos sacra pādimus illis,
Qui secreta dei seruando decenter honorant:
Quos grauitas morum, uitæ commēdat honestas.
Occultas etenim lapidum cognoscere uires,
(Quarum causa latens effectus dat manifestos)
Egregium quiddam uolumus, rarumq́ uideri.
Scilicet hinc solers medicorum cura iuuatur,
Auxilio lapidum morbos expellere docta.
Nec minus inde dari cunctarum commoda rerum
Autores perhibent: quibus hęc perspecta ferūtur.
Nec dubium cuiq̃ debet falsumúe uideri,
Quin sua sit gemmis diuinitus insita uirtus.
Ingens est herbis uirtus data, maxima gemmis.

IN MARBODEVM PER ALARDVM.

¶Euax rex Arabū) Plinius naturalis historię lib. 25. cap. 2. Præter hos Græcię autores medicinæ prodidere, quos suis locis diximus. Ex his Euax rex Arabum, qui de simplicium effectib⁹ ad Neronē scripsit.

¶Nam maiestatem minuit qui) Conuenit ut quæ sunt arcana, non palam effutiātur, sed secretò ijs qui digni sunt communicentur. D. Hieronymus in epistola ad Pammachium. Quamuis clarus honor, uilescit in turba, & apud uiros bonos indignior fit ipa dignitas, quam multi indigni possident. Vnde egregie de Cæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ſare Tullius, Cum quoſdam (ait) ornare uoluit non il los honeſtauit, ſed ornamēta ipſa turpauit. Perſius in quinta Satyra. Quàm latet arcana nō enrrabile fibra.

(Vt multum) Quod Græci dicūt ὡς τὸ πλεῖστον, id latini efferunt ut plurimum, ut multū, ad ſummū, & ſummum. Horatius. Ad ſummum ſapiens uno minor eſt Ioue. Cicero lib. 5. fami. epl'. Excepto uno, aut ad ſummum altero. Idem ad Atticum lib. 12. Scies igit fortaſſe cras, ſummum perendie. T. Liuius. Cum tribus ſummum militibus (Qui numerus ſacer eſt) Apud priſcos & abſolutiſſimus, & ſacer habebatur ternio: quicquid ter dictum, aut factum eſſet, id ratum efficax habebatur. Diuus Auguſtinus lib. de doctrina Chriſtiana. 2. ca. 16. Iudocus Clichthoueus de myſtica numerorū ſignificatione. Vide adagium. Ter. (Au tores perhibēt) Eccleſiaſticus ca. 38. (Ingens eſt herbis) Præſertim Aegyptijs Homerus Odyſſ.

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα
Ἐσθλὰ τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα. i.

Talia Iouis filia habebat pharmaca prudenti arte cōfecta, bona quæ ei Polydamna præbebat Ionis uxor Aegyptia. Et Plinius li. 25. cap. 2. Homerus quidem inqt primus doctrinarū, & antiquitatis parēs, multus aliâs in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit. Et quæ his iſtic ſimilia ſequūtur. Diodorus Sicul⁹. Adeo exuberat herbis Aegyptu, ut oues bis anno pariant biſq; præbeant lanam (Maxima gēmis) Copioſius iſta perſequitur Celius Rhodoginus lectionum antiquarum lib. 3. ca. 25. Vehemēter addubitandū, utrum Natura ſæpius nouerca ſit an mater, ut quæ tot uenena tot item remedia progignat.

¶Pictorius Villingius.

¶Euax rex Arabum) Euax rex Arabum, cuius Albert⁹ cum multis locis, tū de Mineralibus li. 2. tract. 3

tertio

ertio, meminit C. Tib. Neron. priuigno Augusti lapidariũ adſcripſit, à Siluatico Pãdect. frequẽter citatũ

Paucis amicis) Nullus ſibi tantum natus eſt, ſed ortus noſtri partem ſibi uẽdicat patria, partem parẽtes, partẽ amici cæteri. Vt præclare ſcriptum eſt à Platone ad Architam. Marbodæus igitur ne ſibi tantum natus uideatur, & priuati commodi impendio ſtudioſus (licet uti uerbis Eraſmi) noluit intus canere (quod dicitur) ſed ſcriptum librum prę ſertim de re admodum precioſa, ſuis amicis communicare.

Maieſtatem minuit) Qui ore ianitoris egenti, uitio naturæ, quouis loco, quauis de re, & apud quoſuis prę ter dignitatem quiduis effutit, maieſtatẽ minuit, aſinusq́ portans myſteria dicitur, unde non minus uere, q̃ eleganter ſcripſit Eraſmus. Arcana non committimus niſi ſelectis amicis, ſomnia uero narramus quiquslibet. Chryſippus argumẽto uincit eliminatorem arcanorum impiũ eſſe, ſcribẽs. Qui myſteria prophanis dicit, impius eſt. Hierophãta prophanis illa dicit, ergo impius eſt Hierophanta. Hæc Suidas. Maieſtatem) quid maieſtas ſit, uide Ciceronẽ lib. 2. de oratore.

Nec ſecreta manẽt) Hinc Metellꝰ ſenex nec uni tm̃ credere uoluit rem ſui cõſilij: Quippe interrogatꝰ: qd facturus, reſpondit, ſi tunicam hanc mei arcani conſciam arbitrarer, eueſtigio exutus eam concremarem, ut ſcribit L. Cœlius libro 7. cap. 26. Vnde Paræneticõ eſt elegans Vegetij: Quod facturus es tractato cum pauciſſimis, uel potius ipſe tecum. Nam Flacco teſte pri. epiſt. Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.

Qui numerus ſacer eſt) Apud priſcos numerus ternarius in tantum abſolutus & ſacer habebatur, ut quicquid ter dictum aut factum eſſet, id ratum & efficax haberetur, dicit Eraſ. Vñ in magorum myſterijs adhiberi ſolitus. Verg. in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco: numero deus impare gaudet.

Pythagoricos item Plutarch. scribit unitatem solitos Apollinem nuncupare, Diada litem & audaciam, Triada iustitiam quæ est summa perfectio. Cœlius libro duodecimo, cap. 9.

Qui secre) Innuit Poëta lapides ex dei consilio uires arcanas habere, imitatus quidem Democritum, q̄ animas habere dixit: Vnde ne cibum in matellam immitteret (quod dici solet) ad amicos scribit librum suum, quibus morum sit grauitas, quosq; uitæ commendet honestas. Nam etiam atq; etiam uidendum in cuiusmodi animum mittamus ea, quæ sunt laborum studio acquisita, quod admonet apud Gellium Epictet⁹. Etenim si in uas insyncerum immiserimus rem quantumlibet charam, in acetum tamen & lotium uertitur Propterea Horatius Episto. 1.

Syncerum est nisi uas, quodcunq; infundis acessit.

¶ Morbos expel.) Nam chelidonio medentur febribus medici. Sed & oculis præsens ē remedium: Magnes hydropem leuat morbo: Lyncuri⁹ stomachi pellit cruditatem.

Perspecta feruntur) Fidem nobis magnopere conciliamus ab iis, quæ nobis perspecta sunt, & quibus p̄sentes adfuimus. Hoc artificio Vergillanus etiam Aeneas utitur. Quæq; ipse miserrima uidi, Et quorum pars magna fui. Sic etiam Lucas Euangelista in suo euangelio præfatur. Nam Herodot. in Clione dicit oculos fideliores auribns esse. Quem imitat⁹ Horatius in arte poëtica.

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quàm qnæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Et Lucretius in 6. Quia semper ad aures Tardius adueniunt, q̄ uisum quæ moueant res. Fidem igitur sibi conciliaturus poëta dicit, q̄ autores quasdam lapidū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

uirtutes ipsi uiderint.

¶ Adamas I.

VLtima præcipuum genus India fert Adamātis,
De Crystallorum natū sumptumue metallis.
Hunc ita fulgentem Crystallina reddit imago,
Vt ferruginei non desinat esse coloris.
Cuius durities solidissima cedere nescit,
Ferrum contemnens, nulloq; domabilis igne.
Hęc tamen hircino calefacta cruore satiscit,
Incudis damno, percussorumq; labore.
Huius fragmentis gemmæ sculpuntur acutis.
Hic sed auellana maior nuce non reperitur.
Alterius generis producit Arabs Adamantem
Non sic inuictum, nam frangitur absq; cruore.
Nec par huic nitor est, precijq; minoris habetur,
Pondere sit quamuis & enormi corpore maior.
Terti⁹ est Adamas, quē dat maris insula Cyprus.
Quartum produ it ferraria uena Philyppis.
Omnibus æqua tamen uis est adducere ferrum.
Quod facit & Magnes, absente potens Adamante.
Nam pñs Adamas, Magneti quod rapit, aufert.
Ad magicas artes idem lapis aptus habetur.
Indomitumq; facit mira uirtute gerentem,
Et noctis Lemures, & somnia uana repellit,
Atra uenena fugat, rixas & iurgia sedat,
Insanos curat, durosq; reuerberat hostes.
Clausus in argento lapis hic auroue feratur.
Cingat & hinc leuum fulgens armilla lacertum.

Alardus Amstel.

VLtima præcipuum genus) Plinius cap 4. libro ultimo Iulius Solinus cap. 65. (Sumptumq; metallis) Metalla sunt ipsæ fodinæ, & loca. Lucanus 4. Cilicum lassata metallis (Cui⁹ durities solidissima) Adamanti ex natiua duritie nomen inditū. Vocatus est ἀπὸ τοῦ ᾿α μορίου στερητικοῦ, καὶ δαμάζειν. id ē ab à priua

uatiua pericula ,& domare . Vide Seruiũ in ſexto Aeneidos libro. Seneca libro ſecũdo ad Serenũ. Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis ferro duritia eſt, nec ſecari adamas, aut cædi, aut teri poteſt: ſed ĩncurrentia ultro retundit. Vide adagium. Adamantinus. (Vt ferruginei non deſinat) Ferrugineus eſt color ferro ardenti haud abſimilis ut quidam putauere, qui & hiacynthinus ex Vergilio. Ait em̃. Ferrugineos hiacynthos. Plautus in Milite ſubindicat ferrugineũ eſſe colorem thalaſſicum, id eſt, cæruleum, & marinis fluctibus perſimilem.

Facito ut uenias ornatu huc naucleriaco, cauſiam
Habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam,
Palliolũ habeas ferrugineũ: nã is color thalaſſic⁹.

Seruius ſubnigrum colorem interpretatus eſt ſuper uerſiculo Vergiliano in Georg.

Et pinguem tiliam, & ferrugineos hiacynthos.

Porro autem quando multi, nec minus uarij itẽ in lapidibus colores reperiũtur, ex Platone in Tymæo, ex Gellio lib. 2. cap. 26. ex Lazaro Bayſio de re ueſtiaria, capite ſecũdo, ex Henrico Bebelio, Antonio Thyleſio Conſentino petas licebit, quæ p̃cipue ad noſcẽdos colores facere uidebuntur: (Quæ tamen hircino fatigata.) Locus hic in omnibus plane codicibus deprauat⁹ habebatur. Quidam ita ſcriptum habebant, fatigata, alij rigata, mihi uidetur legendum macerata, quę uox eſt apud Plinium, ubi agit de adamante: Fatigo enim producit mediam. Vergilius. Terga fatigamus haſta. Quãquam Marbodæus, & aliâs ſæpe non admodum anxiè obſeruat legitimas ſyllabarum quantitates, quippe Gallus: Quod quidem cum tanti uiri pace dictum ſit. Ezechiel 3. Vt adamantẽ & ut ſilicem dedi faciem tuam. Huc reſpexit D. Hieronym⁹ in epiſtola ad Pãmachium ſuper obitu Paulinæ uxoris: Tale q̧d, inquit, & dominus loquitur ad prophetas, quod poſuerit

erit faciem eorum quasi urbem æneam, & lapidem adamãtinum, & columnam ferream, ne pauerẽt ad iniurias populi, sed imprudentiam subsannantium frõtis rigore cõtererent. Nõ est animus cõuerrere in hoc opus, quicquid aliquam gemmarum speciem habet, pauca quæ se casu obtulerunt uisum est non prȩterire, præsertim si commodius & argutius dicta uidebantur. Quod genus sunt, quæ memoriæ prodidit Rhennius Dionysij interpres:

Hic fulget lymphata adamas qui pectora sanat,
Et prohibens miseris occulti damna ueneni,
Quem minime ualeat ferrum superare nec ignis,
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum,
Sed tepido, fractis multis incudibus ante.
Hic iuxta positus magnetem uiribus arcet,
Occultus raptu ferri uel tractibus ante,
Admotum retrahit defendens robore miro.
Hic lychnis lucem simulat splendore lucernæ.
Hinc meruit nomen præclaro nomine dignum.

Lucanus lib. 6. Asperat & durum uinclis adamanta. Statius lib. 3. Theb. Solidoq́; datos adamante lacertos. Strozius Filius. Fer durum silicem, indomitumq́; adamanta rigenti Pectore. Lucretius lib. 2. In quo iam genere in primis adamantina saxa Prima acie constant, ictus contemnere sueta. Ouidius in Tristibus.

Nil adeò ualidum est, adamas licet alliget illud,
Vt maneat rapido firmius igne Iouis.

Zacharię 7. Et cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem & uerba, quæ misit dominus exercituum. Hesiodus:

ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν. i.

Durus at his animus solido ex adamante creatus.

Propertius libro quarto:

Quum semel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato stant adamante uiæ.

Manilius in primo:

Sed satis hoc fatis fuerit, iam bella quiescunt,
Atq; adamantæis discordia uincta cathenis,
Aeternos habeat frenos in carcere clausa.

Quanq̃ hæc non ità multum adferunt momenti, adiuuant tamen indoctiores, quibus ista parantur.

Pictor. Villing.

Vltima India) In India nocte tantum quæritur, quia nocte saltẽ lucet, per diem est obscurus propter solem, ut est in Speculo Vincentij.

Vt ferruginei.) Vnde à Plinio Sideritis uocatur.

Cedere nescit) Hinc uis indomita interpretatur Adamas, quod idem testatur.

Hæc tamen hircino) Fatiscit sanguine & carne hirci, pręcipue si hircus aliquandiu ante biberit uinũ, & petroselinum uel siler montanum, hoc est, si seleos comederit. Talis item sanguis ad frangendum lapidẽ in uesica conducit. Hęc Siluaticus Pandect. cap. 385.

Ferrum contẽ:) Omnia respuit metalla, excepto plumbo quo soluitur propter argẽtum uiuum quod est in ipso: & Chalybe, cui læsionis infert nihil, sic scribente Aristo. Cum igitur incredibilis huius lapidis adeo sit duricies, quicquid inuictum atq; inepugnabibile indicare uolumus, adamantinum uocamus ait Eras. Et sic Hesio. Durus at his animus solido ex adamante creatus.

Theocritus in Amaryllide.

Me quoq; respiciet, neq; enim est adamantina forsan.

Incudis dãno) Incudibus hi deprehenduntur, ita respuentes ictum, ut ferrũ utrinq; dissultet, incudesq; etiam ipsæ dissileant. Plin.

Quod rapit aufert) Adamas dissidet cum magnete in tantum, ut iuxta positus, ferrum non patiatur abstrahi, sed magneti rapiat atq; auferat. Sic etiam alijs lapidibus iũctus omnem illorum uim in se transformat

mat, ut ait Anglicus libr. 16.

Ad magicas artes) Magicam in se uirtutem habere creditur adamas. Si enim capiti dormiētis mulieris cautius supponatur, scire poterit maritus eius, an sit casta. Nam si est, dormiendo amplecti coniugem ui lapidis cogitur: Si uero infidelis fuerit, ab eo subito resilit, ueluti lapidis præsentia indigna. Dioscori.

Indomitumq; facit) Hostilē edulcat furorem. Vnde gemma reconciliationis & amoris dicitur. Ad hęc, si mulier à uiro suo fuerit digressa, per uirtutem adamantis in uiri gratiam reuocatur. Dioscorides.

Lemures) Lemures dici putant uagantes umbras hominum ante diem mortuorū, quasi remures à Remo, cuius occisi umbras frater Romulus cum placare uellet, Lemuria instituit, id est parentalia. Ouid. Fasto. 5. Marcianus uero lemures manes appellari existimat, qui post uitam ijsdem corporibus delectētur & cum his maneant. Sed multa de his Augustinus de ciuitate Dei lib. 9. & Varro de uita patrum lib. 1. quæ dilucidiora scripta sunt in Capite Gagates.

Somnia uana) Somnia uana sunt, quæ non ex reuelatiōe diuina, sed ex imbecillitate cerebri, uel per turbato animo proueniūt, dicit Mācinellus, quādo quod interdiu nimium cupim⁹, noctu uidemur uidere. De quibus est illud Terentianum in And. Num ille somniat ea quæ uigilans uoluit? Et Vergilij hoc: Credimus an qui amāt ipsi sibi somnia fingunt. Macrobius uir multa doctrina pollens, quinq; somniorum species enumerat, Somnium, uisionē, oraculum, insomniū, & fantasma: inter quas duæ, insomnium & fantasma, uanæ sunt: somnia autem quæ post mediam noctem ostenduntur: uisiones & uisa non reprobātur. Nam & Ioseph somnia, & Apostolorum uisa, & multorum uisiones credendæ fuerunt. Macrob. in Somnio Scip. libro 1. cap. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Repellit) Tanquam minime fides adhibenda sit illis, poëta dixit contemptiue repellit. Vnde conuenit huc, illud Catulli distichon:

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pauidas mentes falsa timere iubent.

Clausus in argento) Huius uis maior esse perhibetur, si sedes eius, cum in anulo ponitur, sit ferrea, anulo pro dignitate lapidis ex auro constante, sic est in libro de natura rerum.

De adamante plura Solinus cap. 65. Plin lib. 37. cap. 4. Alber. lib. 2. tract. 2. cap. 1. mineral. pandectarum Siluat. cap. 385. Serapio in aggregatione simpli. Isido. lib. 16. Aristo. in lib. de lapidibus.

¶ Achates. 2.

VT peribent primum lapis est inuentus Achates
In ripis fluuij, qui nomine dictus eodem:
Hic precio diues Siculas perlabitur oras.
Sit licet ipse niger, zonis tamen obsitus albis,
Hic lapis ingenitas perhibetur habere figuras:
Cuius natiuis facies interlita uenis,
Nunc regum formas, nunc dat simulachra deorum.
Rex Pyrrhus digito gessisse refertur Achatem,
† plana — Cuius † plena nouem signabat pagina Musas,
Et stans in medio cytharam tangebat Apollo:
Naturæ non artis opus, mirabile dictu.
Hunc quoque Coralio similem gerit insula Creta,
† croceis — Cuius planicies † chryseis est illita uenis.
Iste nepæ uirus fugat, & quod uipera fundit.
Reddentem facies uarias dat & Indus Achatem,
Nunc nemorum frondes, nunc dantem signa ferarum:
Hic sedare sitim, uisumque fouere putatur.
Est & qui myrrhæ succensus spirat odorem.
Sanguineas maculas est qui perhibetur habere.
Cerea cui facies, quia creber, uilis habetur.
Portantem munit, uiresque ministrat Achates,

Facundumque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Facundumq́; facit, gratumq́;, boniq́; coloris.
Hoc Anchisiades comitante pericula uicit.

¶ Alardus Aemstel.

Vt perhibent primum) Plinius cap. 10. libr. 37. & Rhennius.

Cernitur egregius lapis hic cui nomen Achates.
Hoc dederat fluuius, cuius generatur ad undas.
Hanc simulachra uides uenis ostendere gemmam.

Zonis tamen tamen obsitus albis) F. de auro & argēto leg. L. uestis Vlpianus zonas inter muliebria numerat. Martial. Longa satis nunc sum: dulci sed pōdere uenter Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis. Ouid. Fast. 2. Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. Zona quoq; erat uirorum, in qua solebāt deferre nūmos, iuxta illud Matthæi. Ne possideatis aurum, neq; argētum, neq; æs in zonis uestris. Vide adagiū, zonam perdidit. Vtitur & Plinius hoc uocabulo pro cinctura (ni fallor) cum sepe aliâs, tum lib. 37. cap. 6. Et si zona alba fundat se non colligit. Illud obiter annotandum, quod Strabo lib. Geor. 4. scriptū reliquit, Gallos olim solitos operam dare, ne obesi fierent & uentricosi, punireq́; iuuenem certam zonæ mensuram excedentem. Verba Strabonis sic habent. ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι μηδὲ προγάστορα· τὸν δ᾽ ὑπερβαλλόμενον τῶν νεών τὸ τῆς ζώνης μέτρον ζημιοῦσθαι.

Rex Pyrrhus digito) Videtur Marbodæus hūc locū ut pleraq́; alia om̄ia ex Soliniana transtulisse historia ca. 11. & is uicissim ex Plinio ca. 37. li. 37. Pyrrhus, inquit, qui aduersus Romanos bellū gessit, habuisse traditur Achatē, in qua nouem Musę & cytharam Apollo tenens spectabatur, non arte, sed sponte naturę ita discurrentibus maculis, ut à Musis quoq; singulis sua redderētur insignia. Ismeniam Choraulē tradūt multis fulgentibusq́; uti cousueuisse, ꝙ regum amicitiam conciliare existimentur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Croceis eſt illita uenis) Plinius cap.10.37.Cora-
lochates inquit guttis aureis ſaphiri modo diſtinct⁹,
qualis copioſiſſima in Creta ſacra appellata. Ex qui-
bus Plinij uerbis ſatis apparet eſſe reponendum,chry
ſeis eſt illita uenis,id eſt, aureis ἀπὸ τοῦ χρυσός ſiue χρυ-
σοῦς .i.aureis.Quanquã in exemplari habebať croceis.

Cuius plena nouem) D. Auguſtinus de doctrina
Chriſtiana cap.7.lib.2.(*Sanguineas maculas*)Lucan⁹
10. *Stabat*ꝗ; ſibi non ſegnis achates Purpureusꝗ;.

Hoc Anchiſiades).i. Aeneas, q teſtatur Anchiſen
fuiſſe patrem ſuum,apud Verg.lib.Aeneid.2.Aſcani-
um,Anchyſenꝗ; patrẽ,Teucrosꝗ; penates Commen-
do ſocijs.Idẽ 6.Tros Anchyſiade facilis deſcenſus A-
uerni.Fuit autem Achates perpetuus Aeneæ comes i-
demꝗ; fideliſſimus.Idem.6.Aeneid.Cui fidus Achates
It comes,& paribus curis ueſtigia figit. Et 1. Aeneid.
Corripuit fid⁹ quę tela gerebat Achates.Athanaſius
de paſſione domini.Etenim qui erat in medio Cheru-
bim omni indutus lapide precioſo,Sardio,Iaſpide,a-
chate,nũc iam ſuper papyrum, &arundinem,ac ſilicẽ
dormit,quemadmodum in Iob de illo dicitur.

Pictor. Villing.

De Achate Plinius lib.37.cap.10.Solin.ca.11 Sil
uati.Pandect.cap.386.Albert.Mineral.lib.2.Tract.2
cap.1.Anglic.de propriet.rerum lib.16.

Rex Pirrhus)Pyrrhus iſte Epirotis imperitauit,
& poſt Alexandrum rei militaris peritiſſimus eſt iu-
dicatus:unum os habuit dentium uice,lineis modo in
ſuperficie ſuppictum diſtinctumꝗ; . Teſtis eſt Ludo.
Cœlius libro 2.cap.33. De regis huius anulo ſcribit
Plinius libro 37.cap.1.

Cuius nati. interlita) Id eſt, commaculata. Nam
Interlino uerbum ſuperinducto atramento , aut alio
liquore, rẽ aliquam uel picturam eſt deſtruere,quod
ex hoc Ciceroniano intelliges,Tabulæ ſunt in medio
ſe corru-

se corruptas atque interlitas esse clamant.

Nepæ uirus) id est scorpionis. Constat enim à Græcis scorpionem nepam uocari, uermiculi genus quod sub saxis latitet, quæ si quis tollat incautus, uulnus accipiat obliquo ictu à cauda uenenosa. Ita Plinius lib. 11. cap. 25.

Vipera fundit) Vipra genus serpẽtis est uenenosi, omnium serpẽtium nequissimum. De hac Isido. li. 12. Sic dicta quod ui pariat: nam cũ eius uenter ad partũ intumescit, catuli non expectantes maturam solutionẽ naturæ, corrosis eius lateribus, cum matris interitu ui erumpunt. Dicit & idem quod masculus suo ore inserto in os uiperæ semen expuat, & ex illa uoluptate libidinis in rabiem uersa, caput maris præscindat, unde parens uterque pereat: masculus dum coit, fœmina dum parit. De hac Plinius libro 8. cap. 39.

Illita) Illino leniter induco significat, unde Horatius lib. 1. Epist. Quòd si bruma niues Albanis illinet agris. Et Plin. Fimum caprinũ ex melle illitũ epiphoris, prodesse putant.

Hoc Anchisiades) Achate multa pericula uicit Aeneas, ut qui non perpetuam dormiret noctem, sed cura agitatus, quæ regum comes est (unde achates dicitur) alijs somno indulgentibus, ipse uigilans, cogitabundus, sobrius de futuris agitabat animo. Hoc loco quid alij sentiant prætermitto, sed per achatem curã intelligo, quę maxime comitatur principes (libet uerbis uti Erasmianis) ut qui tantam negotiorum sarcinam sustineant humeris, quod nunquam sine hac uiuant. Huius rei præclarum exemplum præbuit Epaminondas dux Thebanus. Siquidem cum Thebani ciues, festis quibusdam diebus solutius compotationibus insudarent, licentiusque uoluptatibus fruerentur, ille solus uigil ac sobrius arma lustrabat, & cura pro achate comitatus urbis mœnia obambulabat: Rogatus cur

id fa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

id faceret, respondit, sobrium esse se ac uigilare quò reliquis liceret temulentis esse ac dormire, ut Plutarchus refert in libello aduersus ducem imperitū. Porrò apud Homerum Nestor ad Agamnonem:

Belliger Atridæ proles dormis ne Agamemnon?
Perpetuam noctē dormire haud principe dignū est,
Cui populi commissi, & tanta negotia curæ.

Non nescimus Aeneam in uagina secum tulisse Achatem. Nam lapis hinc armiger dictus est.

Si uis Achatem uirtutis potentem esse, feras eum in setis leoninis, ubi ad quoduis tempus ualebit, scribit Plinius.

Nunc nemorum frondes) Non refert an ramos arborum uel folia intelligas. Nam Plini⁹ scribit q̄ Indicus Achates non folia tantum, sed nemora quandoque repræsentet. Frondes autem proprię sunt arborum, folia uero tàm arborum quàm herbarum & florum, dicit Perott.

Quia creber, uilis habetur) Quod rarum, charum est. Vt dicitur unde Marbode. ca. 4. ametyst⁹, ait, Charus haberetur merito, si rarior esset: At nūc negligit quoniam communis habetur.

Alectorius. 3

† spoliatus

VEntriculo galli, qui testibus est † uiduatus
Cum tribus (ut minimum) factus spado uixerit annis,
Nascitur ille lapis, cuius non ultima laus est,
Et per bis binos capit incrementa sequentes,
Mensuramq; fabæ crescens excedere nescit,
Crystallo similis, uel aquæ, cum lympida paret.
Hinc Alectorum nomen posuere priores,
Nomen apud Græcos de galli nomine sumptum.
Nam quē nos gallum communi more uocamus,
Gramatici Græco hunc ἀλέκτορα nomine dicunt.
Inuictum reddit lapis hic quencunq; gerentem,

Extinguitq;

Extinguitq́ sitim patientis in ore receptus:
Nam Milo Crotonias pugiles hoc præside uicit.
Hoc etiam multi superarunt prælia reges.
Hic † excussorum promptus solet esse reductor, †ex pulsorum
Acquiritq́ nouos ueteresq́ † instaurat honores. †reformat
Hic oratorem uerbis facit esse desertum,
Constantem reddens cunctisq́ per omnia gratum.
Hic circa Veneris facit incentiua uigentes,
Commodus † uxori, quæ uult fore grata marito. †& dñæ
† At bona tot præstet clausus portetur in ore. † aliâs Vt

Alardus Aemstel.

Ventriculo galli) Plinius Ca. 10. 37. Solinus ca. 4. sub calcem.

Viduat⁹) Pro eodē significato dicit̃ & uiduus: Hinc ioc⁹ ille Plautin⁹ Cistellaria. Quotidie uiro nubit, nupsitqué hodie, nubet mox noctu. Nunq̃ ego hanc uiduam cubare siui, nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat. Horatius Viduus pharetra risit Apollo. Suetonius in. Galba. Ne Agrippinæ quidem uiduatæ morte Domitij. Catullus ad Flauium. Nam te non uiduas iacere noctes Nequicquam tacitum cubile damnat. Claudianus. Serpentum tellus pura ac uiduata ueneno. Viduatus ergo hoc loco est castratus, & cui testes execti sunt. ¶ Cum tribus ad minimum) haud dubie legendum est (ut restituimus) cū tribus ut minimum. Sic enim prius usurpat, & is loquēdi color pur⁹ & elegās est. ¶ Spado uixerit) Spado castratus dicit̃, fitq́ à uerbo σπάζω uel σπάω, quod est euello, aufero, traho, diuelloq́, testes enim euellūtur. Sunt qui putant eunuchum esse adolescentem, ac grādiorem ætate spadonem, Iuuenalis satyra. Cum tener uxorem ducat spado, nenia luscū. Martialis lib. 5, Spadone quum sis euiratior fluxo. Horatius. Et spadonibus seruire rugosis potest. Vide Galeotum de homine

Nomen apud Græcos) ἀλεκτρύων siue ἀλέκτωρ Græ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ctis dicitur gallus. Proinde ἀπὸ τοῦ ἀλεκτρυῶνος dictus est alectorius: Id quod indicat Græcus uersiculus. πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλεκτρυων ἐφθέγγετο .i. Prius atq; gallus cantet iterum cristiger. Et cõstabit autore Erasmo Se narius, si pro ἀλεκτρυων legas ἀλέκτωρ. Vide adagium. Priusquàm gallus iterum cecinerit. (Nam Milo Crotonias) Hunc Milonem Crotoniensem tradunt in certaminibus ubiq; uictorem euasisse. Lege Herodotum in Thalia. Galenum Exhortatiõe ad bonas arteis, Lege adagium, Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est. Itẽ adagium, Crotone salubrius.

Pictorius Villing.

Solinus cap. 4. Plinius lib. 37. cap. 10. Alb. libro 2. tract. 2. cap. 1. Bar. Angli. libro 16. Diosc. in Cap. Alector. ¶ Ventriculo galli). i. in orificio. Nã ut in homine struma est, ita in gallo orificium quod patet.

Hinc alectorio) ἀλέκτωρ latine gallus est, unde nomen lapidi inditum Alectorius quasi gallinarius.

Nam Milo) Milo hic Crotoniates, Prisci Tarqnij emicuit temporibus, cui elogium extat: Victor ille omnium certaminum. Nusquam lapidis & uirium est superat⁹ fidutia, nisi semel à Tritormo Bubsequa, q̊d Cœlius scribit li. 11. cap. 70. Qui una manu, in armento ferocissimi omnium & maximi tauri pedem corripuit, furentemq; ac inde se proripere adnitentem frustra, retinuit constantissime: altera prætereuntis forté tauri alterius pedem apprehẽdit audacissimé, ac cõpressit ferociter. Vide Eras. in ,puer. Alter Hercules. Hunc Milonem quercus lacerandũ feris præbuit, scribit Val. Max. lib. 9. cap. 12.

Geranites 4.

†Hieracitẽ

ET † Geraniten uetus experientia laudat
Iste colore niger, superat uirtute coloremi:
Quem prius abluto si quis gestauerit ore,
Dicere mox poterit, quid de se cogitat alter.

Huic

Huic quoq; semper inest imperatoria uirtus,
Qua nequeat mulier quicquam prohibere petẽti,
Cuius sic uirtus perhibetur posse probari:
Muscis expositum corpus nudato gerentis,
Lactis commixto mellisq; liquore perunctum,
Intactum cupido miraberis agmine linqui:
Si lapidem cultris, facto grege spicula figent,
Imbutamq; cutem sugent per uulnera mille.

Alardus Aemst.

¶(Et Gerathitẽ) Legendum est haud dubiè: Et Geraniten uetus. Plinius cap. de gemmis, quæ ab animalibus cognominantur. Et à gruis collo geranites, hieracites accipitris, &c. Geranites similitudinẽ habet colli gruis, quam Græci γέρανον uocant. Hesiodus. φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν φωνὴν γεράνου ἐπακούσῃς. Quanq̃ malim Hieracitẽ, nisi obstaret carminis ratio. (Lactis commixto) Homerus Iliad. 15. utitur similitudine nimisq̃ apposita de muscis, uerno tempore circum mulctralia uolitãtibus, ut sese satient.

Pictorius Villing.

Plinius lib. 37. cap. 10. Albert. lib. 2. cap. 7. sed corrupte ibi legit Gerachides. Aristot. in Lapidario suo. Barpht. Angli. lib. 16.

Hieracites à colore accipitris nomẽ habet, sed maioris uirtutis est, quã coloris, inquit Poëta: Niger etenim, qui color infamis est, ex opinione Pythagorica. q aiebat, quod esset colore candido, id ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Habentur apud Plininum colores tres præcipui tantum, lib. 21. cap. 8.

¶Iaspis. 5

IAspidis esse decem species, septemq; feruntur.
Hic & multorum cognoscitur esse colorum,
Et multis nasci perhibetur partibus orbis.
Optimus in uiridi, translucentiq; colore,
Et qui plus soleat uirtutis habere probatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

¶ febrē fugat, arcet hydropē.

Caſte geſtāt⁹ † fugat & febres, & hydropem:
Appoſitusq́; iuuat mulierem parturientem,
Et tutamentum portanti creditur eſſe.
Nam conſecratus gratum facit, atq; potentem,
Et (ſicut perhibent) phantaſmata noxia pellit.
Cuius in argento uis fortior eſſe † probatur.

¶ putatur.

Alardus Aemſtel.

¶ Iaſpidis eſſe decē) Et hic rurſus peccat uerſus. Lucanus lib. Pharſaliæ decimo. Fulget gemma toris, & iaſpide fulua ſupellex. Iuuenalis Satyra 5. Da ueniam præclara illi laudatur iaſpis. Vergilius lib. 4. Aeneidos: Atq; illi ſtellatus iaſpide fulua, Enſis erat. Statius lib. ſepti. The. Tænariam fulua mordebat iaſpide pallam. Idē lib. 4. Electro pollens & iaſpide clarus eadē. Claudianus: Collectæ tereti nodantur iaſpide ueſtes.

Optimus in uiridi) Claudianus: *Sæpe manu uiridiq́; anguſtat iaſpide pectus.* Mantuanus: Multa ſinus & colla uirens ornabat iaſpis.

Et febres & hydropē) Aqua intercus à latinis appellatur, cum obſtructo iecore cibus incoct⁹ inter cutem carnemq́; dimittitur. Plau. Menechmis: Num larnatus arat, aut ceritus? Nū eum ueternus aut aqua intercus tenet? Serenus Samonicus. Corrupti iecoris uitio uel ſplenis acuto Creſcit hydrops, aut cum ſiccatæ felle medullæ, Atque auidę fauces gelidum traxere liquorem. Cato ueternoſum hydropicum intelligi uoluit, cum ait: Veternoſus quā plurimum bibit, tā maxime ſitit. Horatius lib. Carminum 2. Ode 2. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi Fugerit uenis, & aquoſus albo Corpore lāguor. Gręcis dicitur ὕδρωψ. καὶ ὑδρόπισις. cuius tres ſunt ſpecies ὑποσάρκη ſubtercus, τυμπανίτης uētoſa uel ſicca, ἀσκίτης ab utre. i. aquoſa. ¶ Phātaſmata noxia pellit) Rhēnius. Gignit enim egregiam cryſtalli pondere gemmam, Atq; malos lemures quod pellit, munus iaſpis,

No

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Atq; aura uiridi legitur q; splendet iaspis. Tametsi nō sit οὐ κατὰ θύρας (quod aiunt) addam tamē. Idaspes fluuius Indorum, aurum & gemmas habere dicitur: Stati⁹ lib. 8. Theb. Ceu modo gemmiferum thyrso populatus Idaspen. Lucanus lib. 8. Qua rapidus Gāges, & qua Nysæus Idaspes. Claudianus. Auriferum ueniam poturus Idaspē. Esaiæ 54. Ecce ego sternam per ordinē lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, uniuersos filios tuos doctos à domino.

Pictor Villing.

Albert. libro 2. cap. 8 Plin. libr. 37. cap. 8. & cap. 9 Dioscori. libr. 5. cap. 47. Galen libro 9. simpl. cap. 11. Aristo in lapid.

Iaspis græce, latine uiridis sonat. Nā tametsi multorum est colorum: uiridis tamen & smaragdo similis, optimus est, scribit Isidorus.

Decem & septem) Iaspidis omnes species huc ponere longum est, sed bonitatem illius lapidis, hic breuibus distinctam habes. Olim optima fuit, quæ purpuræ quicquam habebat. Secunda, quæ rosæ. Tertia, quæ smaragdo similis. Apud Plinium hæc & alia multa: Cui igitur cordi ē de his maiora scire, satis habeat autorem monstratum lib. 37. cap. 8. & 9. Adscribā tamen & hæc Philosophi ex Vincētio, qui dicit peregrinas quasdam inueniri species, ex Thetel enumeratas. Nam inuenitur, ait, in Iaspide homo, scutum habēs in collo, & cuspidem in manu, sub pedibus serpentem, q; habeat contra omnes inimicos uirtutem. Item alius, in quo sit homo, habens fasciculum herbæ in collo, cui⁹ uirtus sit, omnes discernēdi morbos, & sanguinem restringēdi, quē Galenū in digito tulisse ferūt. Hinc cruce signatum, uiridem, & ne quis aquis submergatur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

efficacẽ, Hactenꝰ Vincẽtius in specul. natur. li. 9. ca. 77

Et nasci multis partibꝰ) Nam in India, smaragdo similis inuenitur: in Cypro, glaucus & pinguis: in Persia, æris instar: In Phrygia, purpurea: in Capadocia, ex purpurea cærulea, atq; non refulgens: Thracia, Indico similem mittit: Chalcidia, turbidam. Hæc Plinius.

Consecratus) Cõsecratiõe uidelicet magica & charactere, ut in magicis docetur.

Iaspis) In capite Aspidis inuenitur lapillus, Iaspidi similis, qui miræ creditur esse efficaciç & uirtutis, & ideo quidam Iaspidem, quasi aspidem uocari uolunt, scribit Anglicus lib. 16. de lap. & metal. Et tot habet uirtutes, q̊t diuersas uenulas & colores, inqt Dioscor.

Luxuriam cohibet] Impedit conceptum, menstruũ restringit, & hæmorrhoidas si in puluerẽ redigatur, datus cum lacte, curat: uisum acuit & confortat.

¶ Sapphirus siue Syrtites 6.

SApphiri species digitis aptissima regum,
Egregium fulgens, puroq́; simillima cælo.
† uilior est — †Inferior nullo est uirtutibus atq; decore.
Hic quoq; Syrtites lapis à plerisq; uocatur,
Quòd circa Syrtes Lybicis permixtus harenis,
Fluctibus expulsus, feruente freto reperitur.
Ille sed optimus est, quem tellus Medica gignit,
Qui tamẽ asseritur nunquam transmittere uisum:
Quem natura potens tanto ditauit honore,
Vt sacer & merito gemmarum gemma uocetur.
† uegetat — Nam corpus †uegetũ cõseruat, & integra mẽbra,
† Obstructasq́;. — Et qui portat eum, nequit ulla fraude noceri,
Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.
Hic lapis (ut perhibent) educit carcere uinctos,
†Obstrictasq́;. — †Obtrusasq́; fores, & uincula tacta resoluit,
Placatumq́; deum reddit, precibusq́; fauentem,
† nigromãtia † necromantia. — Fertur & ad pacem bonus esse reconciliandam,
Et plus q̃ reliquas amat hãc †Hydromãtia gẽmã,

Vt

Vt diuina queant per eam reſponſa † mereri. † moueri
Corporeis etiam morbis lapis iſte medetur:
Scilicet ardorem refrigerat interiorem,
Sudorem ſtringit nimio torrente fluentem,
Contritus † lacti ſuper illitus ulcera ſanat, † lateri.
Tollit & ex oculis ſordes, & fronte dolores,
Et uitijs linguæ ſimili ratione medetur.
Sed qui geſtat eum, caſtiſſimus eſſe iubetur.

Alardus Aemſtel.

Egregium fulgens) Rhennius. Cur alij lapidem q rubro littore carpunt Sapphiriq́ʒ decus nigri flauíque coloris, Saxorum cedunt uenis ac Marte beati.

Hic & Syrites] Plinius capite decimo, libro 30. Sytitę, inquit, in littore ſyrtium, iam quidem in Lucania inueniuntur melleo colore, croco refulgẽtes, intus autem ſtellas continent languidas. (Amat hãc nigromãtia) FortaſſeHydromantia, aut porro necromãtia potius quadrabit mea quidem ſentẽtia, ut intelligas hac euocari imagines mortuorum. Eſt & anãchitides, qua in necromantia euocari dicũt imagines deorum, ſicut Synochitidẽ umbras inferorꝝ. Sed de his pro ſuo qſqʒ arbitratu, ut uelit, ſtatuat. Hieronymus in Eſaiæ cap. 19. Magi animas euocare dicuntur, & tenues umbrarum, imò dæmonum audire uoces. Trenorum 4. Candidiores Nazarei eius niue nitidiores, lacte: rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Ioſue 13 Portæ Ieruſalem ex ſapphiro & ſmaragdo ędificabũtur, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius. Gregorius Moralium lib. 8. cap. 19. & 20. exponẽs illud Iob. Locutus ſapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Iob 28. Nõ conferetur tinctis Indię coloribꝰ, nec lapidi ſardonyco precioſiſſimo, uel ſapphiro. Exodi 24. Et uiderunt deum Iſrael ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſapphirini &c. Cant. 5. Venter eius eburneꝰ diſtinctus ſapphiris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Dioſc.lib.1.cap.146.Plin.lib.37.cap.9.Gale.lib.
9.cap.19.Alber.lib.2.ca.7.Ariſto.in lapide ſuo.

Quod cir.Syrt)Syrtes duo ſunt ſinus Africani maris,diſpari magnitudine, ſed pari piculo,inqt Saluſti'

Fluctibus expulſus) Vento ibi contrahuntur harenæ, ſcribit idem,unde locus fit uadoſus,accedente cumulo harenarum Libycarũ:in quibus, ut Poëta uult, Sapphirus reperitur: quia ſic medium maris acceſſibile efficitur.

Medica telus) Medicam regionem deſcribit Strabo Gęog.lib.11,& Plin.libro 6.

Nunquam tranſmit.uiſum)Nam dẽſus eſt, nõ pellucidus,Iſidoro teſtante:niſi aliud Poëta innuat,quod eſt colligere ex libro de nat.rerũ,ubi ſic inuenio: Nunquam,quantumcunq; purus ſit Sapphirus,imaginem in ſe ut ſpeculum oſtendit.

Vt uocetur ſacer)Tantæ autoritatis fuit lapis iſte apud ueteres,ut Apollini ſacratum dixerint:Vnde gẽtiles cum pro reſponſis deum ſacrificiorum tempore conſuluerunt,certificari citius putauerunt ſi Sapphirum in præſentia haberent, Hæc Dioſcorides. Vnde ſubiungit Poëta, Vt diuina queant per eam &c.

Necromantia hunc amat)Magi ſingulariter diligunt hanc gemmam, dicit Anglicus, quia ad eorum opinionem per ipſius uirtutem quædam mirabilia operari poſſunt,quod Poëta ſcribit ſatis dilucide

Ardorem interiorem refrigerat)In febribus incẽtiuis refrigerium præbet,ſi iuxta uenas cordis pulſatiles ſuſpendatur,Dioſcorides.

Sudorem ſtringit)Virtutem habet, fluxus ſanguinis reſtrictiuam:unde ſi temporibus apponatur,ſolet reſtringere ſanguinem de naribus profluentem, Sic Dioſcorides.

Superillitus lateri)Apoſtematũ reprimit inflatu-

ram,ſi principio inflationis apponatur, Idē autor eſt.

Tollit & ex oculis)Sed uult Dioſcorides prius in frigidam aquam poni.

Caſtiſſimus eſſe iubetur) Nam caſtitatis amatrix dicitur ſapphirus,ait Iſidorus.

Item uim habet ueneno cōtrariam:unde ſi araneam infra pyxidem poſueris,& uerum ſapphirum ſupra pyxidis orificium aliquādiu , aranea eius uirtute uicta perit.Hoc dicit inſignis autor Dioſcorides.

¶Chalcedonius 7.

CHalcedon lapis eſt hebeti pallore refulgens.
Inter Hyacinthum medioximus atq; Beryllū.
Qui ſi pertuſus digito,collo'ue feratur,
Is qui portat eum,perhibetur uincere cauſas.
Hæc ſpecies lapidis tm̄ tricolor reperitur.

Alardus Aemſtel.

Chalcedō lapis eſt)Meminit huius Ioannes Apocalypſeos 21.Cap.Fundamentum primum iaſpis, ſecūdum ſapphirus,tertiumChalcedonius. ¶Inter hyacintum medioximus).i.medius.PlautusCaſſina.Atq; ita me dij deę́q;,ſuperi,inferi,& medioximi.&c.Significat & medioacutum,teſte Non.Marcel.

Pictor.Villing.

Albert.lib.2.cap.3.Iſido.li.16.Bartph.Angli. de propriet.rerum lib.16.Matt.Siluat.cap.398.

Qui ſi pertuſus)Calefactus paleam attrahit,& ualet contra illuſiones dæmonum,&uirtutes conſeruat corporis, agitationes phātaſticas ex Melancholia exortas pellit,Albertus author eſt.

Inter Hyacinthum)Quid & cuius coloris Beryll⁹ ſit,habes in littera B,quid Hyacinthus, in H require.

Tricolor ſpecies)Chalcedonij prim⁹ color eſt Sapphirinus:ſecundus,fuſcus & pallidus,modicum albeſcens:tertius,permixtus rubeo:ſic habetur in libro de natur.rerum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Reperitur apud Nasomones in Aphrica, & inter Basileam & Argentinam, Isidorus.

Smaragdus. s.

OMne uirens superat forma uiridante Smaragdus,
Cuius bis quinæ species binæq; feruntur:
†bactriani Sunt etenim Scythici, †Bractani, † Niliaciq;,
†maliciani Sunt & qui uenis nasci perhibentur in ęris,
Quos maculis uitiosa notat natura metalli:
† Chalcedonij. Sunt † Carchedonij: reliquos piget enumerare.
Præcipuus Scythicis honor est, & † gloria maior:
†gratia. Gryphibus eripiunt seruantibus hos Arimaspi.
Quos uisus penetrat, famæ potioris habentur,
† tangitur Quorum luce uirens uicinus † tinguitur aër,
Quos neq; sol mutat, nec clara lucerna, nec umbra,
Strata superficies quibus est, uel concaua forma
More iacentis aquæ uultum spectãtis obumbrat:
His usum speculis testatur fama Neronem,
Cum gladiatorum pugnas spectare liberet·
Optimus his situs est, quorũ sunt corpora plana.
Commodus iste lapis scrutantibus abdita fetur,
† aut. Cum pręscire uolunt, † & diuinare † p undã.
† futura Auget opes † lapis hic sese reuerenter habentes,
† idem Omnibus in causis dans persuasoria uerba:
Tanq̃ facundi uis sit sermonis in illo.
Collo suspensus, durum fugat Hemitritæum,
† simili Et sanare potest † ipsa ratione caducos,
†mulcedĩe Emendat fessos uiridi † medicamine uisus.
Et tempestates auertere posse putatur.
Fertur lasciuos etiam compescere motus.
† accẽditq; colorem Proficit in uiridem magis † exactumq; decorem,
Ablutus uino, uiridiq; perunctus oliuo.

Alardus Aemstel.

Omne uirens] Negant quicq̃ ęque uirere atq; smaragdum, cuius gemmę propria commendatio est uiror

ror. ¶ Forma uiridante] Lucretius lib. 2. Inter cæruleum uiridesmiſcere ſmaragdos. Tubul. lib. 2. O pereat, quicunq; legit uiridesq; ſmaragdos. Lactantius: Albicat inſignis mixto uiridante ſmaragdo. ¶ Cuius bis quinæ ſpecies] Plinius cap. 5. libro 37. Refert genera ſmaragdorum duodena: nobiliſſimos autẽ dicit Scythicos. Solinus ca. 25. Nã licet ſint & Aegyptij & Chalcedonij, & Medici, & Laconici, præcipue tamen eſt honor Scythicis: & quæ ſequuntur illic, quæ in calce huius libelli curauimus adijcienda. ¶ Quos macul] Lucanus lib. Pharſalię 1. Terga ſedent crebro maculas diſtincta ſmaragdo. ¶ Sunt Chalcedonij] Plinius cap. 5. libro 37. meminit ſmaragdi Carchedonij. Vnde in cõiecturam ducor legendum eſſe, Sunt Carchedonij.

Sunt etẽm Schytici] Plinius: Smaragdorũ nobiliſſimi ſunt Scythici, deinde Bactriani, tertio Aegyptij. Idẽ lib. 7. cap. 9. Et ſi uariç non ſint Bactrianç. Pamphylus. Sardonyches aurum torques Scythicosq; Smaragdos, Plinius autor eſt Aegyptiorum Scythicorumq; ſmaragdorum tantam eſſe duriciem, ut nequeant uulnerari, Scythicos tamen omnium eſſe nobiliſſimos.

Gryphibus eripiunt] Has aliter ueteres latini (ut ait Nonius) Picos appellabant. Plautus in Aulula. Pici diuitijs, qui aureos montes colunt eos ſolus ſupero. Plura Philoſtratus libro tertio. Hoc genus ferarum, inquit Seruius, inferiori parte leones ſunt, alis & facie aquilis ſimiles, equis uehementer infeſtç.

Eripiunt] Sicut Hyperboreis rutilans in uallibus aurum Gryphes amant, auidiq; tenent, uigilesq; tuentur. Gryphen habet India quadrupedem, uolucrẽ, recuruis unguibus, dorſo nigro, priori parte purpureũ, alis albicãtibus, ore aquilino, igneis oculis, difficilem captu, niſi capiatur pullus & inuolucer: aurum fodit apud Bactrianos in deſertis locis, & nidificat in altis montibus, & prope accedentes abigit, nidos eo texit ſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

bi,quibus inhiantes feræ pessimè pereunt.

Arimaspi] ἀρίμασποι lingua Scythica monophthalmi dicuntur,nã eorũ uoce ἄριμα unum σποῦ oculum appellant,Autor Herodotus in Melpomene. Rhennius. Quos supra gryphes ditissima rura Smaragdo, Qualem non alius terrarum possidet orbis,Atq; aurum sibimet defendunt corpore puro. Omnia sed duri superans audacia lucri,Aduersus uolucres heu commouet arma uirorum.Prælia nam faciunt Arimaspi gryphibus hostes.Hic & Crystalli pellucet maxima moles. Pugnam Arimasporum & gryphũ refert Plinius capite 2.libro septimo.& Solinus,Capite 25.

Clara superficies]Ouidius 2.Meta.In solio Phœbus claris lucente smaragdis.

Testatur fama Neronẽ]Memoriæ proditũ est Neronem principem gladiatorum conflictus in smaragdo spectasse,cuius corpus si extendat, non aliter atq; speculum reddit imagines.

Durum fugat Hemitritæum] Famosissima omnium febrium compositarum species est ἡμιτριταῖος semitertiana uocata.Siquidem in Hemitritæo una semper est febris tertiana, species autem eius tres sunt:Maior fit melancholia inter uenas, cholera extra putrescentibus.Minor est,cum phlegma intrà uenas, extrà uero cholera putrescit:& hic quidem uerus Hemitritæus à medicis appellatur. Medi⁹ fit ediuersò cholera intrà, phlegmate extrà uenas putrescente.Cornelius Celsus libro tertio, capite item 3. Tertianæ febris duo sunt genera:alterum quod eodem modo quo quartana & incipit & desinit,nec aliud discrimen est,nisi quod unũ tantum diem præstat integrum,tertio recurrit. Alterũ lõgè perniciosius,quod tertio quidem die reuertitur, ex octo autem & quadraginta horis ferè sex & triginta per accessionem occupat,interdum etiam uel min⁹ uel plus,nec ex toto in remissione desistit, sed tantum

leuior eſt morbus. Et ob id medici Hemitritæum appellarunt quod imperfecta ſit tertiana, & propius ad quartanam accedat. Lege Arnoldum à Noua uilla in Breuiario, libro 4. cap. 17. Cyprianus in libello, ut uocant, de ſingularitate clericorum. Habes nunc carnem tuam quam ſuperes ſemper: quid tibi uis alteram uelle cōducere? Nemo ſuper unam febrem cupit adhibere peiorem ne incipiat Hemitritæo inſanabili laborare, cui nullus ualeat medicꝰ ſubuenire. D. Hieronymus in Hilarione. Ibi em̄ ſiue ob corruptū aërem, ſiue ut poſteà claruit, propter gloriam Hilarionis ſerui dei, hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis deſperati ſunt. D. Eraſmus in adahio. *Smaragdus in luce obſcurus:* ἀρύγνωτος σμάραγδος. ἐμ μὲν τῷ φάει σκοτεινὸς, id ē, inſignis *Smaragdus*, in luce quidem obſcurꝰ. In eos iaci ſolitum, qui præpoſterè ibi ſe occultarent, ubi maximè conueniebat ædere uirtutis ſpecimē. Plinius inter *Smaragdorum* uarietates commemorat, qui dicti ſint cœciq́; colore ſint obſcuriore. Id uitiū in ſole magis deprehenditur, cum ingens color ille ſuauiter uirens, nec ſole mutetur, nec umbra, nec lucernis, ac ne aquis quidem. Quemadmodum idem docet Plinius libro 37. cap. 6.

Proficit in uiridem] Eraſmus Stella in libello de gemmis. Ad hoc ſonat, inquit, uerſus iactatus autoris obſcuri, Proficit in uiridi magis, accenditq́; colorem, Elutus uino, aut uiridi præuentus oliuo. Quod ſi permittatur nobis diuinare (cur autem non permittatur in libello tam deprauato, non tamē prorſus indocto, nec ab obſcuro profecto autore?) malim legere ut noſtrum habet exemplar. Heſter 1. Et pendebāt ex om̄i parte tētoria aërei coloris, ac charpaſini, & hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis atq́; purpureis: Lectuli quoq́; aurei & argentei ſuper pauimentum ſmaragdinum, & pario ſtratum lapide depoſiti erant.

Picto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Plini⁹ lib.7.cap.5, Solin.cap. 24. Serapio ca.384. Albert.lib.2.ca.170. Isidorus lib.14.cap.3.

Smaragdus à nimia uiriditate dictus est, nam omne satis uiride smaragdum dicitur, quod Isidorus ait.

Omne uirens superat] Etiam herbas uirentes, & circa se uiriditate nimia aërem repercussum, neq; illius uiror in sole aliquo modo obūbratur, ut Plin.ait.

Bis quinq species] duodecim enumerantur genera smaragdi apud scriptores, præcipui tamen Scythici, q nullis minus uitij inest: qui quantum Smaragdi à cęteris gemmis distant, tantum isti ab alijs Smaragdis. Hinc Bactriani, quibus altera laus est, quos in cōmissuris saxorum, Etesijs flantibus colligunt: tunc enim detecto solo internitent, quia his uentis harenæ multum mouentur. Tertium locum Niliaci, hoc est Aegyptij tenent, qui eruuntur circa Copton, oppidum Thebaidis, in collibus & cautibus: reliqua genera in metallis ærarijs inueniuntur. Si narrationis fidem quæris, lege Plinium libro 37.cap.5. unde hæc suprà posita excerpta inuenies.

Scythici] Scytharum regio septentrionalis est, est ab India ad Germaniā porrecta, De hac & Bactris in Asia, legito Strabon. libro 2.

Niliaci] Id est Aethiopici, quia Nilus Aethiopiæ fluuius est. De hoc uide capite 31. in scholijs.

Carthedonij] Quod est Carthaginenses. Carthago enim & Carthedon est dicta à conditore Carthedone. Eius meminit Appianus.

Arimaspi] Scythiæ populi sunt unoculi, scribit Herodotus, q assiduè præliantur cum Grypbis, ferarū uolucri genere, eruente ex cuniculis mira cupiditate aurum, ut Plinius. Ita nuncupatos asserit idem Herodot. quia illarum gentium uocabulo Arima unum significat, spu uero oculum.

Qui-

Quibus est strata superficies uel concaua forma] Hoc est, qui non ex toto æqualitatem habent, uultum spectantis adumbrant, quia tunc una pars obumbrat aliam, dicit Albertus.

His usum speculis] Smaragdis enim nihil iucundius, nihilq́ utilius uident oculi. Nam fatigatos obtuitus, coloris lenitate reficiunt, & quos alterius gẽmæ fulgor retuderit, Smaragdi recreant, Solinus.

Corpora plana] Optimos sortiuntur situs, quibus planicies est resupina & extenta, ait idem.

Optimus situs] Ferunt nanq; in Cypro insula, in tumulo Reguli Hermiæ iuxta Cetarias Leoni marmoreo inditos oculos Smaragdinos, ita propter bonum situm, hoc est, planiciem resupinam, radiantes in gurgitem, ut piscatores territi refugerent, scribit Vincentius.

Reuerẽter habẽtes] Expertum est, ꝙ Smaragdus non fert coitus immũdiciem, quia rex Vngariȩ in coitus hora cum uxore sua Smaragdum habuit, qui in tres partes diuisus est propter hoc, quia ad castitatem se inclinat. Albertus hæc scribit.

Hemitritæus est semitertiana febris, quæ fit ex Cholera putrefacta extrà uasa, & non collecta ad apostema, dicit Anglicus.

Sanare caducos] Si ponatur ad Epileptici caput Smaragdus, iuuat: quando super arteriam, calorem eius temperat, inquit Aristoteles.

Qui dederit in potu, de limatura eius lapidis pondus. s. granorum ordei huic qui sumpsit uenenum, antequàm fecerit impressionem, liberat eum à morte, & non cadent capilli eius, neque excoriabitur, ut est Pãdect. cap. 476.

Chrysopasius. 9.

AEthiopum tellus lapidẽ Chrysopassion ædit,
Quẽ tenebræ ꝓdunt, occultant tempora lucis.

No

Noctibus igne micans, uanescit luce diurna.
Absq; nitore iacet auri pallore sepultus.
Hic quoq; naturæ mutatus cernitur ordo.
Nam quem lux cælat, † subitò nox cæca reuelat.

† solitò nox more reuelat.

Alardus Aemstel.

Chrysopassiō ædit] Chrysopassos latine sparsus,
uel uarius auro dicitur, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ.i.auro, & σπάσσω.i.
spargo uarioq́, q; is lapis aureis uenis sparsus sit uo-
catur & alio nomine Chrysolampis. Plinius. Chryso-
lampis, inquit, in Aethiopia nascitur, pallldi coloris
die, & noctu ignei. Solinus cap. 43. Ibi & Chrysolam-
pis apparet, quem lapidem lux cęlat, prodit obscurū.
Hæc enim est in illo diuersitas, ut nocte igneus sit, die
pallidus. Hæc ille. Inter alias quoq; gemmas lōgè pre
ciosissimas, atq; adeò extrà precia omnia, taxationēq́;
huamanarū opum, quibus nobilis illa matrona Hil-
degardis olim Theodorici Comitis Hollādiæ nostrę
uxor, tabulam auream prorsus inæstimabilem D. A-
dalberti tutelaris Hecmundensium pręsidis, donatam
intersignauit. Etiam fuit Chrysolampis, quem uulgò
uocant Osculanum, qui nocturnis temporibus ita to
tum hinc inde illustrauit sacrarium, ut ad preces horā
rias noctu intempesta lectas uice lychnorū perdiu ha
beretur, & etiamnum haberetur, nisi spe quæstus fa-
ciendi compilatus ab euolatico monacho Benedicti-
no bipedum auarissimo, q; ab eo lapide proditus es-
set sacrilegus, in pelagus Hæcmondense proximum
præcipitatus esset. Manent huius lapidis nonnulla ue
stigia hodieq́; in supero limine, cuius modo memini
tabulæ.

Nam quem nox cęlat solito lux more reuelat] Sic
erat scriptum in peruetusto quodā codice bibliothe-
cæ Veteris montis prope Coloniam, & ita adducit Io
annes Camers in commentarijs in Solinum. In exem-
plari autem (quod nobis exhibuit Outgerus Aemstel
redamus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

redamus Harlemorum physicus, uir in re medica cum primis experiens, in historijsq́ cõscribendis non uulgaris artifex, habebatur) Nam quem lux cęlat, subitò nox cæca reuelat. Quæ mihi lectio magis probatur. Simile quiddam est apud Pliniũ li. 36. cap. 22. de Phẽgite. Nerone principe in Cappadocia repert⁹ est lapis duricia marmoris, candidus atq; translucens etiã, qua parte inciderant uenæ, ex argumento Phengitis appellatus: hoc cõstruxerat ędẽ Fortunę, quã Geiani appellatione dicebat, à Seruio rege sacratã, aurea domo cõplexus. Quare etiã forib⁹ opertis interdiu claritas ibi diurna erat, haud alio quã speculari modo, tanq̃ inclusa luce non transmissa. Dicitur autem Chrysolampis, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ. καὶ λάμπω. i. ab auro & splẽdeo. Ab hac gemma sumptum est adagiũ, ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φάει δ' ἄνω φέλης. i. In nocte lucens, luce uero inutilis. De præposteris, qui sapiunt, ubi nihil est opus, cum opus est dormiunt. D. Erasmus magis arbitratur competere in eum, qui inter indoctos uideatur aliquid esse in literis, inter eruditos nihil sapiat: & posse inuerti prouerbium, ἐν φάει λαμπρὸς. ἐν νυκτὶ δ' ἄνω φέλης.

Pictor. Villing.

De Chrysopasio Plin. libro 37. cap. 10. sed ab eo nominatur Chrysolampis, Solin. cap. 42. Albert. libr. 2. cap. 3. Chrysopagion uocat: quidam Chrysotopsin. Siluaticus Pandect. cap. 408.

Nocte igneus est Chrysopasius, die aureus, unde suum nomen habet, Isidorus.

Asq; nitore iacens] In die enim euanescens, & fulgorem amittens, quasi aurum expallescit, Albertus.

Hic mutatus ordo] Nam fit in ipso secundum diuersitatem luminis & tenebrarum reciprocatio coloris non determinati, uelut in quercu putrefacta & noctiluca, de quibus rationem affert perfectam & ueram Albert. in lib. de anima.

Sardius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

SArdius à sardis est à quibus ante repertus
Sortitus nomen, rubri solet esse coloris,
Hic inter gemmas uilissimus esse putatur,
Præter fulgorem cum nil ferat utilitatis,
Excepto, quod Onyx nequit hoc præsente nocere:
Huic quoque dat quinas species studiosa uetustas.

Alardus Amstel.

Sarda signando utilissima est gemma, uulgaris & primum Sardibus reperta. Plin. cap. 7. 37. Solinus ca. 20. Præter marmor dat & Sardam lapidem, qui marmore quidem præstat, inter gemmas uero uilissimus dicitur (Vilissimus esse, pbatur) Lege adagiũ Σαρδιανοὶ ὤνιοι .i. Sardi uenales.

Excepto quod] Hoc loquendi modo utebatur aureum illud Ciceronis seculum, in eadem significatiõe qua præterquàm. Horat. Excepto quod non mecum esses, cętera lętus. Sardo, siue (ut scribit Hesychi⁹) Sardon insula ingens, opposita Italiæ, in qua uariæ purpurarum tincturæ laudatissimæque fiebant. Itidem & Tyrium muricem, ostrumque Saranum legimus apud latinos. Aristophanes in Pace. ἣν ἐκεῖνος φησὶν εἶναι βάμμα σαρδινιακόν. i. Quam ille prædicat coloris esse Sardoniaci. Idem in Achar. ἵνα μή σε βάψω βάμμα σαρδινιακόν. Nec te linam colore Sardiniaco.

Huius lapidis & aliorum item omnium meminit Camillus Leonard⁹ Pisaurieñ in libello, cui titulum nuncupauit, Speculum lapidum. Qui ob id inter autores initio operis positos nõ est adlectus, quod prius cœptus sit excudi Marbodæus, quàm quicquid est hoc speculi exhiberetur. Posteaquàm ergo plurimos ad lapides usui futurum est, proinde uisum est eius hic meminisse.

Pictor Villing.

Sardam uocat Albert. lib. 2. cap. 17 quem debuit Sag

dam nominare, hunc uero Sardinium. Plinio dicitur Sarda, lib. 37. cap. 7. Barpht. Angli. lib. 16.

Sardi pluraliter urbs est Lydiæ, regia Crœsi, præclara quidẽ: Huius mentionẽ facit Strab. Geog. 13.

Onyx lapis qui multiplicat lites, & commouet undiqꝫ rixas, ut habetur suprà cap. 46.

Quinas species habet, sed ĩter illas utilior est quæ mittitur à Sardis. Gaudium enim incendit, expellit timorem, audaces reddit, atqꝫ mentem acuit. Ab incãtationibus quoqꝫ & maleficijs tuetur, si Dioscor. credendum. In lib. de natu. rerum, legitur ꝙ fluxum sanguinis, ut Corneolus, sanet.

Circa Leucadiam Epiri quoqꝫ inuenitur hic lapis, & circa Aegyptum. In his autem mares excitatius fulgent, fœminæ uero pinguiores sunt, & crassius nitent, Plinius.

Sardonyx. 11.

SArdonychẽ faciũt duo nomina Sardus, Onyxq́ꝫ,
Tres capit ex binis unus lapis iste colores,
Albus † in his nigro rubeus supereminet albo: † & hinc.
Istum distribuunt species in quinqꝫ magistri,
Sed qui tres puros impermixtosq́ꝫ colores
Sic in se retinent ut distent limite certo:
His honor amplior est, & eorum forma ꝓbatur,
Densior & raro plus fertur habere † decoris. † coloris
Hic solus lapidum nescit conuellere ceram,
Hic humilem castumq́ꝫ decet, uultuq́ꝫ pudentem,
Cuius uirtutes alias reperire nequiui,
Partibus hunc nostris Arabes, sed & India mittit.

Alardus Aemstel.

Sardonychem faciunt] Plinius cap. 737. Solinus cap. 45. Hæc autem fuit gemma illa signatoria, quam Polycrates uolens proiecit in pelagus, erat enim tyranno ea gemma rerum omnium suarum gratissima, quũ plurimum tristaretur. Quinto sexto ue, q̃

D hæc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

hæc acta sunt die, piscator quidam captum eum piscē qui Polycratis gemmam casu absorbuerat, Polycrati dono detulit, cuius euiscerati aluo gemma ea reperta est. Scribunt historiam hanc Herodotus in Thalia: Marcus Cicero in fine quinti de finibus bonorum & malorum. Plinius cap. 1. 37. natur. historiæ [Albus in his nigro, rubeus supereminet albo] Sūt qui sic habeant. Albus & hinc niger est, rubeus supereminet albo. Quæ lectio impendio plus arridet, nisi essent non parum multi, qui rubeum negent probum esse uocabulum. Persius Satyra. Et natalicia tandem cum sardonyche albus. Iuue. Ante pedes ideo conducta Paulus agebat Sardonyche. Martialis: Cuius & hic lucet Sardonychata man⁹ D. Gregorius 18. lib. Moralium, ca. 30. Lapis Sardonychus terrę rubrę similitudinem habet: Sapphyrus aëream habet speciem: Iaspis uiridis est coloris.

Hic humilem, castumq; det uult) Extat prouerbium, βάμμα σαρδωνικὸν. i. tinctura Sardonyca: De colore præcellenti, præcipuè purpuræ. Per iocum autem trāsfertur ad eum, qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tangitur.

Pictor. Villing.

De Sardonyche Plinius li. 37. cap. 1. & 6. & 12. Solin. cap. 45. Alb. lib. 2. cap. 17. Arist. in lap. suo.

Albus & hic niger] Cœperunt pluribus hæ gemmæ intelligi coloribus, dicit Plinius: radice quidē nigra, medio candido, uertice non sine quadā specie purpuræ, candore in minium transeunte.

In quinq; species] Inuenitur quinq; modis Sardonyx, & forte pluribus, propter diuersam colorum cō mixtionem, & substantię densitatem, dicente Alberto.

Distent ut limite] Et laudabilior est q colores magis habet distinctos, Albertus.

Cæram conuellere nescit,] Sardonyx optimus est ad sigilla

Hac gemma Polycrates tyrãnus ab inuidia Fortunæ sese redimere credidit, proiecta ipsa in mari, quæ à pisce eo die capto, regiq́ in culinam deportato, relata est, dicit Plinius lib. 37. cap. 1.

Arabia & india mittit] Patet ex Plinio Arabicarũ & Indicarum argumentum: Arabicæ, inquit, excellũt candore circuli prælucido, sed non gracili, neq́ in recessu gemmæ, aut in reiectu renitente, sed in ipsis umbonibus nitente: At hoc in Indicis cæreum aut corneum inuenitur, etiam circuli albi, quædamq́ cælestis in ijs arquus anhelatio est, lib. 37. cap. 6.

Dominum illius lapidis oportet esse humilem & prudentem, sic est in libro de natura rerum,

Onyx 12

A † collo suspensus Onyx, digitoúe ligatus,
† Insomnes lemures, & tristia cũctã † figurat. † Et † In sõno † repellit
Multiplicat lites, & commouet undiq́ rixas,
Dicitur & pueris nimias augere saliuas,
Hanc quoq́ dant nobis Arabes, dat & India gẽmã.
Hęc etiam quinas species perhibetur habere,
Nomen ab ungue trahens Græci sermonis in usu:
Nam quos nos ungues nostro sermone uocamus,
Hos ὄνυχας patrio solet ille tenore uocare,
Sardius at præsens si sit tibi, non nocet Onyx.

Alardus Aemstel.

Collo suspensus Onyx] Marbodæus pro iure suo priore producta usus est. Nos autem manẽte sensu incolumi ita mutauius. Et collo suspensus Onyx. Hora. lib. Carmi. 4. Nardo uina mereberis, Nardi paruus Onyx eliciet cadũ. Lucanus li. Pharsal. 10. Totaq́ effusus in aula Calcabat̃ Onyx. Propertius li. 3. Et Crocino nares myrrheus ungat Onyx. Statius lib. 2. Syluarum. Gremio nec lubricus ossa Quod uallauit Onyx. Ponta. Et in dextra candidus ardet Onyx. Dicitur &

Onychinus, ut paratum est uidere in libris Bibliacis, Exod. cap. 25. & 28. ὀνύχιος secundum Septuaginta Ezechiel. ca. 28. (Græci sermonis in usu) Onyx Græce dicitur unguis. Plutarchus in Bommentario περὶ τῆς εὐθυμίας. οὔτε πόδαγραν ἀπαλλάττει καλτίκιος, οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας. i. nec podagra liberat calceolus, nec pretiosus anulus unguem uitio, quàm παρωνυχίαν uocant, nec diadema capitis dolore. Plinius li. 37. ca. Sardonyches olim, ut ex ipso nomine apparet, intelligebãtur cãdore in Sarda, hoc est uelut carnibus ungue hominis imposito & utroq; tranflucido. Geñ. 2. Ibiq; inuenitur bdelliũ & lapis Onychibus. Exod. 25. Hæc sunt autem quę accipere debetis &c. lapides Onychinos siue sardios, & gemmas ad ornandum Ephod ac rationale. Item 28. Capies duos lapides Onychis, idem Onychinos. De Onyche autẽ dubitatum est à priscis, an inter gemmas censeri debeat: inuenitur enim tantæ magnitudinis, ut hinc pocula & unguentaria uascula sculpãtur. Erasmus lib, Eccle siast. primo, Paralip. 29. Ego autem totis uiribus præ paraui lapides onychinos & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemq; pretiosum lapidẽ, & marmor parium abundantissime, &c.

Pictor Villin.

De Onyche Plin. lib. 37. cap. 6. Gale. li. 9. cap. 11. Siluat. Pandect cap. 453. Alber. lib. 2. cap. 13. ubi Onyx & Onycha tanquam diuersi lapides ponuntur, cum tantum unus sit.

Onyx lapis dictus, quod habeat in se permixtum candorem, in similitudinem unguis humani. Græci enim unguem dicũt onychem, sic testatur Isidorus. Plateasrius autem, Onyx, inquit, genus gummi est, fluens ex arbore quæ onycha dicitur, quod postea indurescit in lapidem, sicut de succino legitur: Hinc lapidi hoc nomen impositum.

Qninas

Quinas habet ſpecies Indica onyx,corneam,igneã nigram,cingentibus cãdidis uenis,& oculis modo interuenientibus,ſcribit Prinius.

Hæc gemma infirmo appoſita oculo, ſponte ſua, quaſi ſenſata res,intrat ſine læſione,circuitq́ꝫ oculum, & omnes partes interius penetrat, quosq́ꝫ contrarios uiderit eſſe humores,prorſus excutit,Sic Platearius.

Chryſolithus 13

AVro Chryſolithus micat & ſcintillat ut ignis:
Iſte mari ſimilis† quiddam uiroris adumbrãs, †quoddã
Eſſe φυλακτήριον fixus perhibetur in auro,
†Nocturnos prohibet fortis tutela timores †Contra nocturnos fortis
Pertuſus ſetis ſi traijciatur aſelli,
Dæmonas exterret,& eos agitare putatur.
Traiectum leuo decet hunc † geſtare lacerto. †portare
Aethiopes legimus nobis hanc mittere gemmã.

Alardus Aemſtel.

Auro Chryſolithus] Hyacinthos Aethiopia mittit,& Chryſolithos aureo colore translucentes. Plinius cap.9.37.

Scintillat ut ignis] Propertius.Quosúe dedit flauos lumine Chryſolithos:Ouidius.Per iuga Chryſolythi poſitæq́ꝫ ex ordine gemmæ.Mantuanus. Chryſolithis paſſim rutilãtibus,atq́ꝫ Pyropis.(Eſſe φυλακτήριον).i.phylacterium, Græca uox,Latinis eſt conſeruatorium,à uerbo φυλάττω.Plautus in Captei. Illic eſt abductus rectà in phylacam,ut dignus eſt. Vſus eſt & eo uocabulo Matthæus,cap.23. Dicuntur etiam φυλκτήρια arma ſalutaria.Minutius quidem,ſed tamẽ obiter annotandum,non ſatis conſtare carmen hoc , ꝙ antepenultimam productã oportuit in phylacterion,quandoquidem per η, ſcribatur.Ezech. 10.Spes autem rotarum erat quaſi uiſus lapidis Chryſolithi.

Pictor Villin.

De Chryſolitho Plinius libro 37.cap.9. Alber. li.

ſecundo, tract. 2. cap. 3. Silua. Pandect. ca. 407. Dioſco. in proprio capite.

Auro micat] Ab auro nomen ſortitur hæc gēma: Nam χρυσὸς aurum eſt, λίθος uero lapis, latine igitur aureus lapis.

Phylacterium.] Phariſæorum proprium fuiſſe ſcribit Chryſoſtomus, & hoc in Euangelio ſignificat Mattheus cap. 23. ut decalogum in membranulis ſcriberent. Eas uero membranulas Hebræorum uocabulo dici phylacteria, idē Chryſoſtomus prodit. At hoc loco conſeruatoriū ſignificare uidetur, quod aliquando Magi ſeu præſtigiatores cōtra nociuas res offerūt, iuxta hoc quod in decretis Gregorij iunioris dicitur, Ariolorum & excantatorum phylacteria ſunt. Et q̊d in concilio Laodicenſi legitur, phylacteria facere, Lege Ludo. Cœlij antiquitates lib. 3. cap. 9.

Leuo lacerto] Si quis hūc portet leuo brachio, ſpiritualia confortat: propterea ꝙ tritus, Aſthmaticis, id eſt, qui anhelitus habent offenſionem, datur is lapis, ꝗ per hunc uigori reſtituuntur. Autor Albertus.

Dicit præterea Tethel, philoſophus Iudęorum in libro de ſcripturis lapidū, quòd quando inuenitur in Chryſolitho fœmina, habens in una manu auem, & in altera piſcem, ualet ad negotiandum. Pellit enim ſtultitiam & inducit ſolertiam, ut habetur in libro de natura rerum.

Aethiopes] Huius generis Aethiopicum, pręcellit Indicus: Deterrimus autem eſt Arabicꝰ, quoniam turbidi coloris eſt, & fulgoris interpollati, nubilo macularum. Plinius: Inuenitur hęc gemma & in Germania in iugis Myſniacis, & locis ſibi uicinis, ſed facile frangibilis, ſplēdore ad candorem declinans. Hanc uulgò Cetrinum uocant. Vincent.

Beryllus 14.

Conſpi-

Conspicuos reddit sexangula forma Beryllos, 28
Quod nisi fiat hebes his pallor inesse uidetur,
† Eximiæ uiolæ similes, lymphæ ue marinæ
Esse uolunt, & eos probat horum gnara uetustas.
Hic lapis ad nostras partes descendit ab Indis.
Hic & coniugij gestare refertur amorem,
Et se portantem perhibetur magnificare.
Dicitur & sese † stringentis adurere dextram.
Infirmis oculis in qua iacet unda medetur,
Pota simul ructus simul & suspiria tollit.
Et cunctos hepatis fertur curare dolores.
Istius esse nouem species † uoluere magistri.

† Eximios oleo sises

† gestantis

† dixere.

Alardus Aemstel.

Conspicuos reddit] Scholiastes Solinianus uult Beryllos à gētibus, apud quas proueniunt, nomen habere Græci etiam βηρύλλους uocant,

Sexãgula forma Beryllos] Cõtra syllabę rationẽ corripuit primam. Propertius lib. 4. Et solitum digito Beryllon adederat ignis. Iuue. Satyra. 5. Heliadum crustas & inęquales beryllos. Rhennius.

Quod fert Berylli munus preciosius auro,
Berylli lapidem liquidum, glaucique coloris
Scrutantur ripis, alij torrentibus.

Prudentius autem, ut Marbodæus primam corripuit. Hinc sibi sapphirũ sociauerat, inde Beryllum. Hæc leuicula non tam subinde admonerem, nisi perspicerẽ, hanc diligentiam uel illud præstaturam, ne posthac Marbodæi uersus facile queãt deprauari: aut si deprauati fuerint, ijs adminiculis possint restitui. Augusti. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 16. Et ignorãtia Berylli uel Adamãtis claudit plerũque intelligẽtię fores.

Istius esse nouem species] Plinius cap. 5. 37. & Solinius cap. 65.

Pictorius Villing.

De Beryllo lib. 37. ca. 5. Isido. in cap. de uiridibus gē-

mis. Solinus cap. 65. Albert. lib. 2. ca. 2. Siluaticus Pandect. ca. 395. Diosco. in proprio cap. Vincentius lib. 9 cap. 48. Serapio cap. 398.

Hębes pallor] Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingenijs, quoniam hębescũt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Aliter politi, nõ habent fulgorẽ eundem, si Plin. credimus li. 37. ca. 5.

Descendit ab Indis] Cur magnus admodum prouentus ab Indis gemmarum sit, quære in cap. 4. Amethystus.

Potaq; ructatus] Ad omnem ualetudinem malam est remedium, si aquam in quam missus fuerit, potui dederis. Diosco.

Dolores hepatis.] Qui notandi sunt per siccitatem linguæ ac palati, per sitim continuam & cholericam urinam & tenuem, testis Rogerius in Lycurgia sua cap. 44.

Nouem species] India gignit Beryllos, rarò alibi repertos, dicit Plinius, ex quib9 probatissimi sunt qui uiriliitatem imitantur puri maris: Proximi qui uocantur Chrysoberylli, paulo quidẽ pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum huic genus est pallidius, quod à quibusdam proprij generis existimatur, uocaturq; Chrysoprasus. Quarto loco numerãtur Hyacinthizontes. Quinto illi quos Heroides uocant. Post eos sunt Cerini. Deinde oleagini, hoc est, coloris olei. Postremi vero Crystallis fere similes, & hi habent capillamenta sordesq;, alioqui euanidi, quę omnium uitia sunt. Indi & alias quidem gemmas Crystallo inuento adulterare repererunt, sed pręcique Beryllos minio, quod Plinius indicat lib. 37.

Topazius 15.

Nominis eiusdem Topazion insula gignit:
†Qui quo rarior est, tãto magis est preciosus.
Hic species tantum binas perhibetur habere.

† Qui quã to rarus

Alterius

Alterius puro color est uicinior auro,
Clarior alterius, tenuisq; magis reperitur.
Fertur hœmorrhoicis idem lapis auxiliari.
Quodq; magis mirum, lunam sentire putatur
Feruentes etiam compescere dicitur undas.
Hunc Arabum gignit tellus ditissima gemmis.

¶Alardus Aemstel.

Nominis eiusdem Topazion] Infra habes ad uerbum quicquid ad huius loci faciat explicationem, annotatore Ambrosio in Psalmum. 118. Sermone. 16. super illud, Propter hoc dilexi mandata tua super aurũ & Topazion. Sunt qui Topazion insulam esse affirmant in mari rubro nebulosam, & ideo sepe quęsitam à nauigantibus, ex eaq; causa ita uocatam. τοπάζειν enĩ Troglodítarum lingua idem esse, quod quærere. Rhennius. Cur aliiq; decus liquidi gratiq; topazi.

Fertur Hæmorrhoicis] Id est sanguinis profluuio laborantibus, ab αἷμα sanguis, & ῥόος fluxus: proinde primam syllabã oportuit extensam. Hæmorrhois fluxus sanguinis ex capitibus uenarum in ambitu ani nõ temerè restringendus, cum natura superfluitates suas isthac expectat. Lege Corne. Celsum lib. 6. sub calcem Et Plinium multis in locis. Sunt qui sic habẽt, Fertur Emoptoicis. Quam lectionem uidetur esse sequutus Erasmus Stella.

Lunam sentire uidetur] Plinius li. 37. ca. 8.

Hunc Arabũ gignit] Aliâs. Gignit & hunc Arabũ. Iob. Nõ ad ęquabitur aurũuel uitiũ, nec ad æquabitur ei Topazius & Sapphirus. Gregorius libr. 18. cap. 34. enarrans modo adductum locum.

¶Pictorius Villingius.

De Topazio Plinius lib. 37. cap. 8. Albert. libr. 2. cap. 18. Isidor. lib. 16.

Nominis eiusdem] Iuba rex Mauritaniæ, in mari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

rubro multas inuenit insulas, & inter eas unam quæ Topazion uocatur, uide Strab. 16. In insula autem cui nomẽ est Chytis Troglodytæ prędones cum diutius fame & tempestate pressi, herbas radicesq́ꝫ effoderent eruerunt Topazion, quærendo herbas. Topazin em̃ Troglodytarum lingua significationem quærendi habet, scribit Plin. lib. 37. cap. 8.

Qui quantò rarus] Hinc Octauus Cleophilus ait:
Optima quadriuio non inueniuntur in omni,
Nobilius quanto rarius omne uides.

Hic species binas] Duo eius genera faciunt, Prasoiden atque Chrysopteron, similem Chrysoprasio, eius enim tota similitudo ad succum porri dirigitur. Hæc Plinius.

Hæmorrhoicis] Id est fluxum sanguinis patientibus: Hæmorrhogia em̃ uel Hæmorosagia, sanguinis fluxus est uel discursus, & Hæmorrhogida, ægritudo proueniens à fluxu sanguinis illius loci, sic Siluat. Pãdect. cap, 237.

Lunam sentire] Est amplissima gemmarum, & ea sola nobilium, limam sentit: Cæteræ saxo & cote poliuntur, hæc & usu atteritur: si autorem quæris, Plinius legas, 37.

Compescitur unda] Topazion cum ponitur super hominis uulnus, cessat fluxus: ꝙ si super aquam bullientem, ampullæ eius cessant, Aristo.

Arabum ditissi. tellus] Est Arabia triplex, deserta quippe, petrosa, & felix: Quę, ut Dionysius scribit, ad orientem & austrum spectat, rubro alluitur mari: utq́ꝫ Solin. ait, Arabia sacra interpretatur, propter odores quos plurimos creat. De hac scribit Plinius lib. 12. Strabo. lib. 16

Iram sedat Topazion & tristitiam, ualetq́ꝫ contra noxios motus, phrenesim & mortem subitaneam, ut Dioscorid.

Chryspra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ET Chrysopráson lapidē domus Indica mittit.
Hic porri succum referens † mixtusq́ colore, † mixtūq́ colorem,
Aureolis guttis quasi purpura tincta refulget. † relucet
Quas habeat uires nondum cognoscere quiui.
Sed tamen esse reor: nec enim fas omnia nosse.

Alardus Aemstel.

¶Hic porri succum] Chrysoprasus ab auro & porri succo nomen habet. Vide Plinium ca.5.& 8·lib.37. Et Solinum cap.65. Est autem Chrysoprasus unus è duodecim pretiosis lapidibus, qui ciuitati sanctæ Hierusalem fundamenta erant, quo in loco non satis arridet & satisfacit glossema illud, cuius cuius id fuerit in Apoc.cap.21. Vbi exponit atq́ interpretatur Chrysopasson. Chrysos, inquit, aurū, passos porrum dicitur: Porrum enim non pasos sed πράσον.i.prason nominat à græcè scientibus: πάσσον autē, unde Chrysopassus dicitur, latinè spargens, uarians, tingensq́ significat.

Quasi purpura tincta relucet] Purpura piscis ē ex concharum genere, congregatur uerno tempore, mutuoq́ attritu lentorem quendam ueluti ceræ emittit, sed nobilem illum succum ad tinguēdas uestes, in medijs faucibus habet: uiuas conantur capere, quia florē illum morientes cum uita euomūt. De purpura & primo eius inuentore nempè Hercule scripsit Iulius Pollux in Onomastico ad Commodum Imperatorē. Homerus Iliados ε. Ouidius Meta.11. Policianus libro Miscel.1.cap.12.& Lazar⁹ Bayfius lib.de re uestiaria. Plinius lib.37. Indicę absolutum purpuræ colorē habent, ad hanc tinguentium officinæ dirigūt uota: fundit autem eum aspectu leniter blādum, nec in oculos ut Carbunculi uibrat. Idem libr 9.cap.36.de purpurę colore scribit in hunc modū: Sed purpurę florē &c. Lege adagium, Tinctura Cyzicena. Iocus Martialis in Philenen. Tinctis murice uestibus, quod omni Et no-

ctu

ctu utitur, & die Philenis. Non est ambitiosa nec superba, Delectatur odore non colore.

Quasi purpura tincta relucet] Est autem purpura piscis è conchiliorum genere, cuius cruori maxima fuit olim dignatio in tingendis lanis, prȩcipue si lapidis ictu cædebatur. Verg. lib. 5. Aeneidos: Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Lucretius lib. 2. Melibœaq́ fulgens Purpura Thessalico concharũ tecta colore. Valerius Flac. Illi Tænario pariter tremit ignea fuco Purpura. Claudianus: Nobilis auratos iam purpura uestiat armos. Iuuena. Saty. 11. Qualeis esse decet quos ardens purpura uestit. Catullus. Tincta tegit roseo conchilis purpura fuco. Politianus: Pingit lacteolas purpura grata genas.

Nec fas est omnia nosse] Hieronymus in quadam aduersus Vigilantum epistola: Non parum est scire, q̊d nescias. Cicero in 1. Tuscul. Nec me pudet ut istas fateri nescire quod nesciam. Prouer. 25. Sicut q mel multum comedit, non est ei bonũ: Sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.

Pictorius Villing.

De Chrysopraso Plin. libr. 37. cap. 8. & 11. Solin. cap. 65. Albert. lib. 2. tract. 2. cap. 3. Barpth. Angli. de ꝓp. rerum lib. 16. Isidorus. lib. 16.

Chrysoprason colore porri succum referens, auri interuenientibus guttis, unde si rationem etymi perpendas, nomen habet.

Porri succum] Porri sunt duo genera, sectiuum & capitatum, sed unius coloris. Capitati succum lætiferum esse ostendit Plinius libro 19. cap. 6. Qui scribit Melam equestris ordinis uirum, ex procuratione à Tiberio Cæsare accersitum, in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, confestim sine cruciatu animam exhalasse.

Esse reor] Hoc est reor esse in hoc lapide quid uiriũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

rium. Sed ut quid de uirtute huius gemmæ exprimẽti habeas, subiunxi hæc ex doctorum pœnu. Diosc. inquit. Eius uirtus clarificat uisum, auri sitim pellit, & in omnibus bonis perseuerantiam subministrat, & ut est rarissimus, ita quoq; charissimns: Plin. uero. Solus omnium preciosorum limã sentit (cæteri enim aut saxo aut cote poliuntur) & aliquando usu atteritur. Et Euax ad omnes cordis passiões efficacem asserit.

Hyacinthus 17.

Hyacinthi species docti tres esse loquuntur:
Nam sunt Granati, sunt Citrini, Veneti'q;.
Confortatiuæ cuncti uirtutts habentur,
Tristitiam'q; fugant, & uanas suspitiones.
Granatos præfert gemmarum quisq; peritus,
His † ruffus color est, & rarius inueniuntur. †rufus
Cęruleus Veneto qui protinus aëra sentit,
Nubilus obscuro rutilans clarus'q; sereno,
Optimus huic tenor est quẽ nõ † aut densior ęquo †depßior.
Obscurat succus, aut rarus perspicuum dat,
Sed flos purpureus mixtum componit utroq;,
Hic & in os missus, plus frigidus esse probatur.
Duritie solida cædi, sculpi'q; recusat,
Fragmentis tantum superabilis est Adamantis.
Pallida Citrinos facies probat inferiores.
Sed quodcunq; genus collo suspendere possis,
Vel digito portes, terras securus adibis.
Nec tibi pestiferę regionis causa nocebit,
Sed magis hospitibus censebere dignus honore,
Iusta'q; si qua petes, nullam patiere repulsam.
Aethiopes nobis transmittũt hanc quoq; gemmã,
Cum multis alijs, uitæ communis in usus.

Alardus Amstel.

Hyacinthi species] Versus hic plane uitiosus ẽ, posset utcunq; sic restitui. Tres & Hyacinthi species docti esse loquũtur. Hyacinthus rubro colore, diluto flori,

à quo

ā quo nomē habet, oppido q̄ simillis. Plinius capite 9. libro 37. Ex similitudine floris sui nominis sic uocat. Marcialis in 2. Coccina famosæ donas & hyanthina mœchæ. i. uestimenta purpura uiolacea infecta. Persius: Hic aliquis cui circum humeros Hyacinthina læna est. Magnum sane discrimen esse inter Hyacinthinum & Amethystinum palam ex Plinio libro tricesimoseptimo, ubi agit de Hyacinthis. De Hyacintho autem uerso in florem lege Ouidium Transformationum decimo.

Nam sunt Granati] Lege Dioscoridem libro 5.

Qui protinus aëra sentit] Hæc & alia quæ sequuntur mutuatus est Marbodæus ex Solino, capite quadragesimotertio: Hic est, inquit, qui sentit auras, & cū cœlo facit mutationem.

Quem non aut densior æquo] Ioannis Camers legit, Quem nō depressior ęquo. Porrò Solinus habet. Optimus in illo tenor si nec densiore succo sit obtusior, nec propensa perspicuitate deiectior, sed ex utroque temperamento lucis & purpuræ moderatum suauiter florem trahat.

Aut rarus perspicuum dat] Scholiastes Solini adducit, Rarum Perspicuum dat, & mixtū componit utrunq;. Illud haud quaquam silentio prætereundum, quæ Solinus de Hyacintho memoriæ prodidit, Sapphiro peculiaria uideri, minimeq; hāc ab illa separasse, uel Erasmo Stell. teste.

Plus frigidus esse probatur] Cuius causa est, quoniam natiuum Hyacinthi frigus, calorem oris, lapidis huius nature contrarium fugiens, seipsum in unū recolligit, sicq; uis maior frigoris ex eo lapide omnino egreditur. Virtus enim unita seipsa dispersa (ut dicitur) maior est.

Cæruleus Veneto) id est, uiridis, qui color aliâs dicitur Cyaneus. Plinius de Halcyonibus scribens, auis

est

est,inquit,paulo amplior passere,colore Cyaneo.Politianus:Hæ niueos,hæ Cyaneos superare lapillos.Aliâs dicitur Ferrugineus autore Marcello. Vergilius quarto Geor.Et pinguem tiliã,& ferrugineos Hyacinthos.Columella:Necnon uel niueos uel cęruleos Hyacinthos.Manilius:Pallẽtes uiolas & purpureos Hyacinthos. Gregorius libro Moralium uicesimo quinto,capite uicesimo secundo.Canticorum quinto, Manus illius tornatiles,aureæ,plenæ hyacinthis. Hieremiæ decimo:Hyacinthus & purpura indumentum eorum.

Pictorius Villing.

De Hyacinth.Plinius libro tricesimoseptimo, capite nono.Isidor⁹ decimosexto.Serapio Aggregatio. capite 398.Aristot.in Lapidar.Solin.capite 42.Albertus lib.2.cap.8.

Species tres]Tria genera sunt Hyacinthi. Est genus rubei coloris,quod melius est alijs coloribus: & quando superadditur carbonibus uel prunis, magis rubescit.Est aliud genus crocei coloris, quod obscuratur in igne,& dicuntur isti Citrini. Tertium autem cærulei coloris est,quod Aethiopia mittit, & ignem non fert,qui dicuntur Veneti.Hæc ex Dioscoride.

Hyacinthus appellationem accepit à similitudine floris eiusdem nominis. Rittersporn. Nam & hic flos, qui aliquando adolescens fuit, in delicijs habitus Apollini (ut ait Lucianus) colorem purpureum aut uiolaceum habet. At magis dilutus est lapis Isidorus.

Confortatiuæ] Auicenna scribit de uiribus cordis, quòd hic lapis maximè imbecillitatem cordis pellat.;

Optimus huic tenor] Optima huic est dispositio, quæ nec nimium obscura est,neq; clara nimium. Ex libro de natur.rerum:

Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Repulsam] id est, reiectionem, quę apud Romanos non solum ijs qui repulsam habebant, uerum amicis quoq; & familiaribus erat probri, si Anthonio Ferrariensi, qui in præfationem Plinij non minus recte quã eleganter commentatus est, credimus. Illam Horatius in primo libro Epist. Epist. prima. repulsam turpem uocat.

Vanas suspiciones] Melancholicam qualitatem illas suspiciones interpretatur Isidorus.

Amethystus. 17.

PVrpureus color ac uiolaceus est Amethysto,
Qui q̃si gutta meri, solet aut rosa munda uideri.
Quidam marcidior, uelut euanescit in album,
Vt corruptus aqua uini rubor esse putetur.
India mittit eum, gemmarum maxima nutrix.
Hic facilis sculpi, contrarius ebrietati,
Carus haberetur, merito si rarior esset.
At nunc negligitur, quando communis habetur.
Huic quoq; dat species ueterum sententia quinq;.

Alardus Aemstel.

Purpureus color] Ouidi⁹ libro tertio de arte. Hic Paphias myrthos, hic purpureos Amethystos. Rhen. Dionysij Corinthij interpres. Purpureóque Amethystos inest suffusa colore. Martialis libro secundo: Hic quem uidetis gressibus uagis lentum, Amethystinat⁹ media qui secat septa. ¶ Amethystus dicitur quasi minimè ebria, ἀπὸ τοῦ ἀ priuatiua particula, & μεθυσθεὶς .i. ebrius. Magorum uanitas resistere hanc gemmã ebrietati promittit, ideóq; uocatam Amethystõ. Fulgor q̃dam in ea purpuræ est, non ex toto igneus, sed in uini colorem deficiens, & uiolæ similis: de quo plura Plinius libro 37. cap. 9. D. Hieronymus in Ezaiam prophetam cap. 66. Commẽ. lib. 18. Eras. Rot. in scholijs in Epistolam D. Hieronymi ad Fabiolã de uestitu sacerdotũ. Plinius de tinguẽdo Amethyst. Non est satis

ab-

abstulisse gemmæ nomen Amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyro, ut sit ex utroque nomen improbum, simulque luxuria duplex. Cum nuper admodum Ghisbertũ Longolium Coloniensium Physicum, nõ uulgariter doctũ, καὶ χρυφίης ἴσορα ἀκεστορίης ὃς τόσα φάρμακα ἤδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών, hoc est. Qui quot lata nutrit tell⁹, tot pharmaca noscit: inuiserem, serioque consulerem super βαρυηκοΐαν, ne id morbi mihi subinde aggrauesceret: neúe sonitus, ac tinnitus, itemque sordes aditum plane intercluderẽt: præter alias aliquot gemmulas recõditiores ex media usque Italia adductas (qua est ciuilitate) nos donauit & Amethysto, ceu μνημοσύνῳ, sed ea lege, ut etiam eum darem aliquoties uicarium male præcinctis προγαστράσι, scis enim inquit, ut hoc hominũ genus nihil prius habet, quã splẽdidis adesse conuiuijs, καὶ παρὰ πότου βακχεύειν οἱ τὰς μεγάλας κύλικας ἐκπινεῖν ἀναγκαζόμενοι μόλις καὶ στένοντες τὰ πρόσωπα διαστρέφοντες ἐκτελοῦσι τὸ προστατόμενον. Adhęc quũ sciscitarer nihil ne p̃tereà haberet, ad prohibendam ebrietatem turpissimam, Germaniæ tamen nostrę cum primis ἐπιχόριον: respondit olim ad auertẽdam ebrietatem institutum esse, ut in fine cœnę lactucis uterentur, quod in sita frigiditate lactuca retundat ebrietatem. Martialis: Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum, Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes? Addidit insuper Androcyden contra ebrietatem Raphanũ mandi iussisse: Plinio uero uisum brassicam uino aduersari, ut inimicam uitibus, & propterea antecedente in cibis caueri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti. Sed hæc fuerit (ut ait Thucydides) ἐκβολὴ λόγου nõ inutilis. Cuperẽ in hoc amœnissimo huius argumẽti diuerticulo posse diutius immorari, sed scholiorum lex monet in eam unde digressus sum, redire uiã. ¶ Quidã amethystum adhibent in compotationibus aduersus ebriatatem, multomagis in audiendis poẽtis præcepta sunt adhibenda, ne quid inficiant

animum. Plutarchus. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιήματα ἀκούειν.

Pictor Villing.

De Amethysto Plinius libro 37. cap. 9. Isido. libro 16. Albertus libro secũdo, capite primo. Aristo. in Lapidario suo. Siluat. Pande. capite 390.

Amethystus] Causam nominis adferunt, quòd usq; ad uini colorem accedat, prius tamen quàm ipsum degustet in uiolam desinit, scribit Plinius.

Amethystus an gemma uel lapis dici debeat, uidẽdum est in leg. Et si. ff. de auro & argento.

Si Amethysto Lunæ nomen uel Solis inscribatur; atq; ita suspendatur collo, è capillis cynocephali uel plumis hirundinis, resistere ueneficijs, & adesse quoq; reges adituris, grandines tempestatesq; auertere & locustas, precatione addita quam ipsi demonstrant, propellere Magi dicunt. Plinius libro 37.

India nutrix] Vnde habetur epitheton gemmifer Indus. Sed quia orientalis regio est, ubi solis efficacior uirtus quàm in occidente, plura quoq; ibi proueniũt, quæ in alijs orbis partibus nusquam comperiuntur; cuiusmodi sunt gemmæ, aromata, & id genus plura quæ ampliorem expetunt caloris copiam: uelut Leones, Tigrides, Elephanti. Sic Cœlius libro primo, capite nono memorat. Plinius. quoq; libro 37. cap. 10. fertilitatem gemmarum in India recitat.

Contra ebrietatem] Magorum uanitas resistere ebrietati pollicetur Amethystos, indeq; appellatos q̃ minimè ebrios, uerba sunt Plin. Sed non uanitatem eẽ sentit Aristoteles, Vult enim Amethystum umbilico appositum, uaporem uini certissime prohibere, & ebrietati esse contrarium prorsus, hominemq; contagio liberare multum.

Quinq; species] Inueniuntur in ista specie multæ differentiæ, sed quinq; sunt magis notę, & per differẽtias obscuritatis omnes acceptæ. Indica, quæ absolutũ purpuræ

purpuræ colorem habet,& inter omnes principatum tenet. Alia quæ ad Hyacinthum descendit,cuius colorem Indi Sacon,gemmamq́ꝫ Sacodion uocant. Tertia Paranitis,in contermino Arabiæ gentis, sed dilucidior. Quarta uini colorem habet. Quinta ad uiciniam Crystalli descendit,quæ minimè probatur,hæc Plinius libro 37. capite nono.

Chelidonius 19.

ET Chelidonius lapis est,quem gignit hirundo, †ast ut atq;
Ventre gerens pretiũ quo digna sit ipsa necari.
Nec de fulgentum numero lapis iste putetur.
Paruus & informis,sed nulli uiribus impar,
Prçclaros quosdam lapides præit utilitate.
Huius sunt geminæ species,geminiq́ꝫ colores.
Nam niger & rufus,cçso de uentre trahuntur.
Cedit gestato lunatica passio rufo,
Curat & insanos,& languores diuturnos,
Facundos facit,& gratos,multisq́ꝫ placentes:
Ex lino facto decet hunc inuoluere panno,
Et sic † in chela clausum portare sinistra. †. sub
At niger in panno pacto gestatus eodem,
Ad finem dignum suscepta negotia ducit.
Obsistitq́ꝫ minis,& regum mitigat iras,
Et dilutus aqua languentia lumina sanat.
In croceo panno lini sub tegmine texto
Ipse lapis positus,febres extinguere fertur,
Et simul humores † expellere quosq́ꝫ nociuos. †cõpescere

Alardus Aemst.

Et Chelidonius] Quid si legas? Atq́ꝫ chelidonius. Ad eundem modum errauit & Macer. Indeq́ꝫ nomen habet Chelidonia. Rhennius: Fama Chelidonias celebrat quas nomine terras. Columella 11. Purpureæq́ꝫ Chelidonię pinguesq́ꝫ mariscę.

Quem gignit hirundo] Quæ χελιδών gręcè dicicit: inde lapidi nomen inditum est. Democritus. οἱ μὲν χελι-

 δόνι

δόνες ἐνδείαν ἡμῖν προσημαίνουσιν· οἱ δὲ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι ἀλυπίαν. .i. Hirundines serenitatē nobis proximo imminere indicant: ex Philosophia autem depromptæ rationes, perturbationum sedationem. Plinius libro 37. ca. 11. Taos pauoni est similis, item aspidi, quā uocari Chelidoniam inuenio. Chelidonia est herba, qua hirundines pullorum cæcitati medentur. Plinius libro 25. ca. 8. Chelidonia hirundinum colorē habet, quędam etiā purpureum nigris interpellantibus maculis, & chelidonia testudineo oculo similis, & chelonitides similis testudini, aureis quibusdam guttis insignis.

Huius sunt generis species] Plinius capite decimo. & undecimo, libro 37.

Lunatica passio] Lunatici sunt, qui laborant morbo comitiali: solet autem hic peculiaris esse his, qui interlunio nascuntur.

Et sic in cola] Perdiu misere me torsit hic loc⁹ plane deprauatus: coniecturis aliquot adducor legendū, Et sic sub schela &c. χηλαὶ enim scorpionum & cancrorum brachia dicuntur. Lege Vergilium libro primo Georgicorum. Quà locus Erigonen inter, chelasq́ꝫ sequentes. ¶ Languētia lumina sanat] Plinius libro 25. capite 12. Idem libro 8. cap. 87.

Hæc gemma Plinio Chelidonia dicitur libro 27. capite decimo. Albertus autem habet Chelidonius libro secūdo, Tracta. 2. capite tertio. Diosco. in proprio cap. Vincentius in Specu. natu. lib. 9. cap. 53.

Pictor Villing.

Chelidon est hirundo, inde Chelidonius lapis, id est, hirundinarius, & chelidonia, id est, hirundinis herba, quę literis quibusdā omissis & mutatis, schelcraut dicitur, cum potius schuualmcraut dici deberet. Nam hac herba hirundines, oculis pullorum in nido restituunt uisum etiam erutis, teste Plin. libro 25. cap. 8.

Digna necari] Etiam si in hac lapidis præda uenari non possit, est tamen digna ob totius corporis utilitatem

tatem

tatem necari. Nam cum quis præ dolore gutturis, quē ſquinantiam uocant, quidam anginam, loqui non poteſt, accipiat puluerem hirundinis peruſtæ melle temperatum, curabit morbū. Dioſcorides teſtante & Auicenna, quorum ſententiæ accedit Aeſculapius.

Paruus & informis] Habes hic lapides, non æſtimandos nitore & magnitudine: Nam ſæpe quod illis eſt detractum in ſplendore, æquauit natura uiribus & uirtute. Hoc autem commune habent lapides cum hominibus. Vnde Homerus Tydeum paruo fuiſſe corpuſculo decoratum, in quo tamen uires ingentiſſimas fuiſſe teſtatur: quodquidem & Naſo ſcripſit in carmine obſcœno: Vtilior Tydeus, qui, ſi quid credis Homero, Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

Cæſo de uentre] Notandū eſt quo tempore debeat hirundo interfici, uidelicet menſe Auguſto, creſcente luna, antequam pullus pulli primogenitus attingat terram. Inuenitur autem uel unus uel duo in iecinore ſeu ſtomacho alitis, quemadmodum eſt in libro de natu. rerum: Non tamen hic lapis om̄ibus innatus apparet, etiam ſi debito tempore fuerint captæ & rite mactatæ: ſed ſi aliquas uideris coniunctis roſtris, innuentes per hoc concordiam, ex his lapidem nanciſci licebit, Vincen. libro 17. cap. 99.

Lunatica paſſio] Eſt quam quidam Epilepſiam. q̄dam caducum morbum appellitāt, multi Herculeum, ꝙ Herculem hoc morbo laboraſſe conſtet, unde & ſacer dicitur: Sed Hippocrates, uir diuina ſcientia, coitū uenereum cenſuit partem teterrimi morbi quem comitialem dicunt, unde paſſionem illam dictam innuit paruum morbum comitialem, teſtis Macrobius libro ſecundo, capite ſeptimo Saturnalium.

Inuoluere panno] Vim ſuam etiam ſeruat illęſam in corio uituli aut cerui, qui nondum coierit, ſub chela ſiniſtra, id eſt brachio ſeruatus, dicit Albert.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

In chela finistra] Hic dura translatione usum esse Poëtam notabis, quia chelæ, scorpionum aut concror propriè dicuntur brachia, unde extat hoc Vergilianũ: Qua locus Erigonem inter Chelasq; sequentes.

In panno cro.]Durat item hic suæ uirtutis potẽs in herbam sui nominis clausus, autor est Alber.

Cui lapis non est, morbi comitialis remedium accipiat fel testitudinis & naribus illinat, oppressus statim erigitur, quod Plinius scribit,

Gagates. 20.

† lõginqua
† gignit.

NAscitur in Lycia lapis, & prope gẽma Gagates,
Sed genus eximium † fœcũda Britãnia † mittit.
Lucidus & niger est leuis, & lęuissimus idem,
Vicinas paleas trahit attritu calefactus:
Ardet aqua lotus, restinguitur unctus oliuo,
Prodest gestatus tumidis intercute lympha,
Et dilutus aqua, dentes firmat labefactos,
† Cuius fumigium mulieri menstrua reddit:
Accensus † prodit fumi nidore † caducos:
Effugat immites simili ratione chelydros.
Idem dæmonibus contrarius esse putatur.
Euersos uentres iuuat, & præcordia tensa.
Vincit præstigias, & carmina dira resoluit,
Et solet (ut perhibent) deprẹndere uirginitatem.
Prægnans potet aquã, triduo qua mersus habet,
Quo uexabatur partum cito libera fundit.

† per suffumigium.
† ꝓdest
† caducis

Alardus Aemstel.

Nascitur in Lycia]Plinius 19. cap. 36. natural. Gagates lapis nomen loci & amnis habet, Gagis Lyciæ, & quę sequuntur. Solinus capite tricesimoquinto: Est autem Lycia regio minoris Asiæ, sic cognominata à Lycio Pandionis filio. Ouidius libro sexto Metamor. Iamq; chimęriferæ cum sol grauis ureret arua Finib⁹ in Lyciæ. ¶ Sed genus eximium fœcunda Britannia] Beda Anglosaxo libro primo, in principio de Britanniæ fertilitate, Quæ insula, inquit, etiam uenis metal-

lo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

lorum, æris, ferri, plumbi, & argenti fœcunda, gignit & lapidem Gagaten plurimum optimumq́;. Est autẽ niger gemmeus, & ardens, igni admotus, incensus, serpentes fugat, attritu calefactus adplicita detinet æquè ut succinum. Rhennius: Insula perfulget nigro splendore Gagates. Hic lapis ardescens haustu perfusus aquarum, Ast oleo perdens flammas: mirabile uisu: Attritus rapit hic teneras ceu succina frondes.

Leuis & lęuissimus idem] Leuis priorem producit. Ouidius in Epistol. Quiq́; subest niueo leuis in ore pudor. Martialis libro secundo, Leuior ô conchis Galle Citheriacis. ¶ Cuius fumigiũ] Aliâs, Per suffumigium: an fortè? Cuius suffitus. Plinius deciminoni capite 36 depręhendit Sonticum morbum & uirginitatem suffitus. Apuleius in prima defensione, Herculanum morbum putat deprehendi potissimum incenso lapide Gagate, & rotę figularis circumactu. Vide adagium, Herculanus morbus.

Accensus prodest fumi nidore caducis] Aliâs, Accẽsus prodit fumi nidore caducos. Nidore, id est, odore. Martialis: Pasceris & nigræ solo nidore culinæ.

Simili ratione chelydros.] Chelydrus serpens est, qui eundo sese conuoluit per terram, & quà serpit, fumum emittit. Lucanus: Tractiq́; uia fumamte chelydri. Vergilius in quarto Georgicorum: Cylindrum autem uocant instrumentum illud quo æquantur areæ. ¶ Idem dæmonibus contrarius esse putatur] Sapuit igitur uetustas, quæ hisce lapidibus numerare docuit salutationes angelicas, intermixtis quinque precationibus dominicis. Demiror ego quosdam oua serpentum uocare globulos, maximè Gagaticos, quibus utimur ad numerandas, imò expendendas preces, quòd sic oua serpentum, cum prodeunt, cohæreãt.

Euersos uentres] Venter dicitur euerti cum stomachus ob nauseam uomiturit. Tunç enim sese uertendo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

chylum(ut uocant)effundit. ¶Deprehendere uirginitatem] Si uirgo biberit Gagatis colaturam cum rasura, retinebit eam absque dubio, & nihil meiet: Si uerò uirgo non est, sed corrupta, extemplò meit. & cætera Plinius.

Pictor. Villing.

Fundit cito libera partum] Plinius 19.cap.26. De Gagate Plinius li.36.ca.19. Solinus cap.34. Galelenus lib.9 cap.8. Auicenna.lib.2. Alber·lib.2.cap.7. Vincent.lib.9.cap.23. ¶Gagates lapis]Nomẽ loci & amnis habet Gagis Lyciæ, quę est minoris Asiæ regio inter Pamphiliam & Cariam, cuius descriptionẽ Plin. habet lib.5.cap.27. ¶Lapis & propè gemma]Et sic Dioscor. Est lapis inquit ut gemma, unde anuli fiunt, Schuuartzer augstein. Sed quia lapidis mẽtio facta est unde lapis dicatur ex Isidor. 16.libr. operæcium fore adiungere duxi: Qui lapis, dicit, ꝙ pedem lædat etymum habet. Sed aliud sunt Cautes, inquit, aspera nẽpe saxa in mari, dictæ à cauendo quasi caute. Et item aliud Murices, nam petræ sunt in littore similes muricis, nimis acutissimæ, & nauibus pernitiosæ: Icon uero saxum, quod humanæ uocis sonum captat, & uerba loquentium imitatur: ’εικωμ enim gręce, latine imago dicitur: Licet hoc quidem & locorum natura eueniat & quandoq; conuallium. Sed calculus, lapillus est terræ admixtus, rotundus atq; durissimus, & omni puritate leuissimus. Dictus nãq;, ꝙ sine molestia breuitatis suæ calcetur. Cui contrarius est scrupulus, lapillus minor & asper: qui si inciderit in calceamentum, nocet & molestus est: unde & animi molestiam scrupulũ dicimus, hactenus Isodor. ¶Britannia]id est Anglia, eius gẽmæ fœcunda, insula oceani inter septentrionem & occidentem, cuius situm describit Plin. libr.4. & Strabo Gęogr. li.1. ¶Leuis & lęuissimus]Leue quãdo priorem syllabam corripit, significat id quod sine ponde-

re

re est, unde leuem stipulam dicimus: Et quandoque trãs fertur ad animum, unde leues dicimus, homines incõstantes, uileis, & nullo honore dignos: quemadmodũ è contrario, graues uocamus, constantes, seueros, prudentes, testis est Perottus: Hinc Poëta Gagatem leuem dicit, qui ut Plin. ait, non multum distat à ligno, & sic natat in æquore quandoque. Cum uerò læue primam producit, significat id quod tactu asperũ non est, sed politum: Vt læue marmor. Sic igitur Gagates læuissimus dicitur, quia planus est læuigatus. At quemadmodum per nomina leuis & læuissimus diuersa intelliguntur significata, sic etiam diuersitati Gagatis attribuenda sunt. Nam duplex, teste Isidoro, color illi lapidi est: Glaucus quem lucidũ dicit & læuissimum, quia planus: Niger quem leuem, nam punicatus est, unde parum ponderis habere fertur. Dicit tamen Albertus, quòd & unus erocei coloris reperi atur, qui perlucidus sit ut Topazion. ¶Tumidis intercute] qui hydropim patiuntur, hoc est morbum intercutaneum, de quo Corn. Celsus lib. 3. ca. 21. si gestauerint hunc lapidem, liberantur morbo. ¶Per suffumigium] Id est suffumigationem uel suffumentum. Non multum refert, etiam si legas suffimentum. ¶Menstrua reddit] Restinguit suffocationem matricis, quã etiam strangulationem uocant latini: hoc est, morbũ curat, cui solæ mulieres, ut in Plin. legimus lib. 7. cap. 15. obnoxiæ sunt: qui nascitur quando mulier, menstrui non habet exitum naturalem, & frequenter cadit & nihil sentit. De menstruis Aristo. libro 9. cap. 2. At lapidem bene tritum ponas super carbones ardentes, ut fumigationes mulier bene tecta ad se admittat sic purgabitur, inquit Dioscorides, sine dãno & dolore. ¶Accẽsus prodit.] Deprehendit sonticum morbum suffitus Gagatis, ita Plin. li. 36. ca. 19. Dioscorides autem, in aceto sumptus, Epilepticos (inquit) eri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

git. ¶Chelydrus serpens est, fumum emittens quà serpit, ut Perotto placet: sed intelligi serpentes, gene re non determinato uult Poëta. ¶Simili ratione,] quæ est per fumum: Et sic cornibus ceruinis accensis utrislibet, odore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur: huius rei testis est Plini. libro 8. cap. 32. Vnde ornitrophijs admonet M. Varro libro 3. de re rust. cornu ceruinum, sed ustum adhiberi. ¶Euersos uentres] Stomachi nomine Plinius libro 11. cap. 37. postremam gulæ partem accipit. Huic, dicit, mox adnectitur uenter, qui aliquando subuertitur, ita ut immissum cibum amplius capere non possit. Passionem hanc, uentris aut stomachi subuersionem Albertus uocat. Ni uelimus intelligere uẽtres, quos Cælius libro 3. cordi ex medicorũ pœnu atribuit, qui tamen non subuertuntur.

Præcordia tensa] Diaphragma dicitur membrana illa quæ cor ab intestinis diuidit instar retis, à Latinis præcordium, quasi ante cor positum, sic Corn. Celsus libro quarto. Auicenna autem, Gagates ait, qui est genus electri uel succini, proprietatem habet confortandi cor & lætificandi: Vnde per præcordia, quòd cor ipsum intelligat, auguror.

Dæmonibus esse contrarius] Plotinus philosophus scribit animas hominum dæmones esse, & ex hominibus fieri lares si bene meriti sint: Lemures siue laruas, si male: Manes autem dici, si incertum sit, bene an male meriti fuerint. Laruas quippe esse noxios dæmones, ex hominibus factos: Hos Græci cacodæmonas uocant: Lares autem Eudemonas, hoc est, beatos. Hæc ex Augustin. de ciuitat. Dei libro. 9. At Cacodæmonas & Eudęmonas interpretari licet, inquit A. Faber ferrariensis, Genium malum & bonum, ad priscorum opinionem, qui singulis binos genios attribuerunt, quorum alter perniciem moliretur, alter iuua-

re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

re studeat: cuius sententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in libello de animi tranquillitate. Quò pertinet illud Bruti, quod in ei⁹ uita memorat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille fatalis immineret, & in Asia, nocte formè intempesta ex more uigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriẽte, uidere uisus est personam quandam tragicã, & humana specie maiorem: Atq; ille protinus, ut erat animo interrito, percũctatns est, quisnã esset, aut hominũ aut deorũ. Cui illa cũ murmure: Tuus sum Brute Geni⁹ malus: Philippis me uidebis: Eadem itaq; imago rursus apparuit cõfligenti Philippis, quæ quidẽ illi pugna postrema fuit.

At hoc loco ꝑ dæmones aliud intellige, uidelicet phãtasmata melãcholica, quibus est remediũ Gagates quæq; dæmones uocãtur ab Euace, quod est, Pãdectarum 430. cap. ¶Vincit præstigias] Magicas præstigias uincit, per quas, ut Seneca scribit, messes in agros præstigiatores inferre possunt. Vnde in duodecim tabulis cautũ erat, dicit Merula, ne quis alienam segetẽ pelliceret: Ad hoc Verg. Atq; satas, aliò uidi traducere messes. Consimilia sunt apud Ouid. de remed. amoris.

Dira carmi.] id est, incãtationes. Ouid. in Amorib.

Euocat antiquos proauos, atauosq; sepulchris,
Et solidam longo carmine findit humum.

Ad hoc Verg.

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam.

Tibullus,

Cautus & è cœlo deducere lumina tentat.

Deprẽndere uirgi.] Si huius lapidis, mulieri detur limatura, quæ sentit carnis maculam, mingit: si autem incorrupta est, tenet urinam, dicente Alber. lib. 2. cap. 7. ¶Etiam si conteratur in puluerẽ, cui accedat cæræ commixtio, ut faciat emplastrum, illud depellit strumas in collo: nam libet credere Diosc. lib. 1.

Magnetes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

MAgnetes lapis est inuēt⁹ apud Troglodytas,
Quē lapidū genitrix nihilomin⁹ India mittit
Hic ferruginei cognoscitur esse coloris:
Cui natura dedit uicinum tollere ferrum.
† Decedō uel ededō †Dorendus Magus hoc imprimis dicitur usus,
Conscius in magica nihil esse potentius arte.
Post illum fertur famosa uenefica Circe
Hoc in præstigijs magicis specialiter usa.
Hinc & apud Medos cum res uenisset in usu,
Detexit lapidis magis experientia uires,
Nam qui scire cupit sua† si sit adultera coniunx,
† num Suppositum capiti lapidem stertentis adaptet:
Mox quæ casta manet, petit amplexura maritum,
Non tamen euigilans: cadit omnis adultera lecto,
Tanquam pulsa manu, subito fœtore coacta,
Quem lapis emittit, cælati criminis index.
Si fur claustra domus spolijs, gazisq; refertæ
Ingrediens, prunas ardentes per loca ponat,
Et supraspergat Magnetis fragmina prunis,
Vt per tetragonum fumi calor alta uaporet:
Mentibus euersis uelut impendente ruina
Diffugent omnes, in ea quicunq; manebunt,
Et fur securus rapiet, quæcunq; libebit.
Conciliare potest uxoribus ipsa maritos,
Et uice conuersa nuptas reuocare maritis.
Gratia præstatur, simul & Suadela per ipsum,
Sermonisq; decor, disceptandiq; facultas.
Cum mulso datus, hydropem purgādo resoluit,
Et combusturas superaspersus medicatur.

Alardus Aemstel. Apud Troglodytas] Plinius libro sexto, capi. 29. Troglodytæ à locis, in quibus degunt nomen habēt, .i. ἀπὸ τῆς τρώγλης, hoc est, à specu & cauerna, q in specubus & cauernis degant. Seneca libro naturalium quæstionum quarto. Et Troglodytæ, quibus subterraneæ domus sunt. Sūt autem Aethiopes pernicissimis pedibus

bus, serpentibus, lacertisq́ʒ, & alijs id genus reptilibus uescẽtes, lingua nulli alteri simili utentes, sed semper uespertilionum more stridentes.

Quem lapidũ genitrix] Plinius capite 16. 36. scribit Nicandri testimonio magnetem fuisse ab inuentore sortitum nomẽ. Lucretius libro sexto, à patria, hoc est à Magnesia sic uocatum: Quod superest agere incipiam, quo fœdere fiat Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere possit, Quem magneta uocant patrio de nomine Graij, Magnetum quia sit patrijs in finibus ortus.

Vicinum tollens ferrum] Plato in Ione. Diuina, inquit uis est quæ te mouet, sicut in lapide quem magnetem Euripedes nominauit. Nonnulli Heraclitam uocant, qui lapis non solum anulos ferreos trahit, sed uim etiam anulis ipsis infundit, qua hoc idem efficere possint ac perinde ut lapis alios anulos trahere. Vnde longa plerunqʒ concatenatio ferri & annulorum inuicem pendet, & omnibus istis ex isto lapide uis attrahitur. Hæc fusius aliquanto scribit diuus Augustinus capite quarto, libro de Ciuitate dei 12. Lege Plinium capite 14. libro 34. & capite 16, 6, & 30. lib. Diogenian⁹ uerum magnetem sic argento similem uult esse, ut sæpe aspicientes fallat: cum enim lapidẽ qui ferrum trahit non magnetem dici ait, sed Heracleon, siue Heraclium potius appellandum. Vide Dioscoridem cap. 168. quinti de materia medicinali libri. Magnetis contrariam naturam Theamedes lapis omnino possidet, utpote qui ferrum omne abigit respuitq́ʒ: id quod etiã Plinius annotauit. Lege Adagium. Magnete illicibilior.

Dorendus magus] Interstitio uersuum asscriptum erat in expẽlari bibliothecæ Hęcmõdensis Endegor, Deucalion, Ededon, Decedon. Verum (ut fatear ingenuè) nihil quicq̃ comperti de hoc Mago potui subodorari, ¶ Et per tetragonũ] Cum tetragono, quocunqʒ cadat pariter quatuor angulis nixo, confertur sapiẽs,

suis

suis opibus felix,nec aliunde pendens,& quęcunque inciderit fortunæ procella, sua uirtute firmus & immobilis. ¶Hic ferruginei]Claudianus. Lapis est cognomine Magnes, Decolor,obscurus, uilis.Idem: Sed nõ ua si nigri uideas miracula saxi, Tũc superat pulchros cultus,&quicquid Eois Indi littoribus rubra scrutãtur in alga.Idem: Venerem magnetica gemma figurat. ¶Venefica Circe]Homerus Odysseæ libro decimo. ¶Simul & Suadela per ipsum]Fortasse respexit ad id quod est apud Ciceronem de claris oratoribus: Suadæque medulla, πειθῶ quàm uocant Græci, cuius effector est Orator. Hanc Suadam appellauit Ennius.Eius autem Cethegum medullam fuisse uult:ut quam deã in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.

Cum mulso]hoc est dulci.Plautus Persa.Age, circumfer mulsum,bibite usque plenis cantharis. Iam diu factum est,postq̃ bibimus,nimis sicci sumus.Idem Rudente. Vt dulcis es,ut mihi mulsa dicta dicis. Idem in Aulula:Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliã.

Vicinum tollere ferrum] Vide adagium: Omnes attrahẽs,ut magnes lapis. ¶Vt nõ ipse solũ Magnes attrahit,uerumetiam aliud ferrum ad se trahit, ferrũ Magneti affrictũ:Ita cõtagio, uis uirtutis aut improbitatis,& hæreseos pernities ab alio in alium transit.

Pictor Villing.

De Magnete Alber.lib.2.cap.11.Beroald.in annotation.in Galenũ.Plin.lib.36.cap.16.& lib.34 cap.14.Augustin. de ciuitat. Dei lib. 21. Constantinus in lib. Graduum.Serapio.394. Galenus lib.9.ca.10.

Magnes lapis,Heraclius dicit, teste Beroaldo, qui in celebri Græcorum est prouerbio,de his(ut Beroaldus ait)qui ad se omnes trahunt,ut Magnes,ferrũ.Vocatur autem Heraclius ab Heraclia ciuitate Lydiæ uel Magnesiæ,ubi laudatissimus Magnes gignitur, unde &nomẽ.Quod Lucretius euident ostẽdit his uersibus.

Quem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Quem Magneta uocant patrio de nomine Graij,
Magnetum quia sit patrijs in montibus ortus.

Plinius tamen sentit ab inuentore Magnete armẽtario nomen inditum lapidi; hic pastor fuit in India, qui cum crepidas haberet clauis combinatas, hinc inde cum pasceret ambulans, uenit ad locum ubi Magnes latitabat, qui ui sua clauos omnes extraxit, unde inueniendi facta est occasio. Syderitem alio nomine appellant, quòd ferrum trahat, Plinio dicente. Vide Erasmum in prouerbio, Hieraclius lapis, qui rem tractat hanc eleganter ut omnia.

Genitrix India] Gemmarum fertilitatem in India signat Plinius. lib. 37. Vide tamen Marbodæi. 5. cap. Ameth. ubi Indiam nutricem nominat gemmarum.

Circe uenefica] Circe filia Solis & Persæ nymphę homines ad se ueniẽtes carminib⁹ magicis, poculis & uirga, in quas uellet mutabat formas. De hac multa Homerus. Vide tamen Erasmi Chiliades in prouerbio, Ex eodom ore calidum & frigidum efflare.

Famosa] Capi potest dictio famosus in bonam & in malam partem. Apuleius lib. 11. Metamor. famosum cum laude & in bonam usurpat. Similiter Cicero in oratione aduersus Valerium: sed idem quoq; lib. 2. de oratore in malam, dicens, Nam me ad famosas uetuit mater accedere: Sed quid hoc loco significet, facile intelligis: forte Circen cuius fama apud multos circumuolet: nam & hoc modo Horatius lib. primo. Odar. scripsit, Famosus Hidaspes, ꝙ ob suam magnitudinem ab omnibus decantatus sit Poëtis. ¶Gazis,] Gazã Persæ ærarinm uocant, ut scribit Mela. ¶Per Tetragonum] Hoc est, per quatuor angulos: τετράγωνος enim quadrangularis latine significat: sed quia figura quadrangularis est perfecta (continetur enim quatuor lineis æqualibus, quatuor quoq; æquales habens angulos, & semper stat recta eodem modo se habens,

nam

nam portionnes omnes æquales sunt) uirum bonum ac facilem, semper eodem se habentem modo, & uirtutum potestate, quibus insignis est, retinentem in omnibus æqualitatem quandam, Tetragonum uocamus cuius rei testem accipe Lud. Cœlium lib. 10. cap. 34.

Et Suadela] Id est, persuadendi dea. Hanc Angelus Politianus, Miscella. cap: 91. Suadam & Pythô nominat. Et huius meminit Horat. Epist. ad Numitium li. 2. At bene nummatum decorat Suadela, Venusq́ꝫ.

Hic lapis potui datus, est optimum remedium ei, qui de ferro toxicato uulneratus est. Et ualet ad sagittam uel gladium extrahendum de uulnere, scribit Galenus. Eius puluis datus in succo fœniculi, contra hydropisim efficax est, ut Platearius. ¶ Quum autem omnibus pateat D. Augustinum extitisse uirum incõparabilis fidei, libuit & ab eo uisum miraculum, huc adscribere de Magnete. Magnetem lapidem nouimus esse mirabilem ferri raptorem, dicit, quod cum primũ uidi, uehementer exhorrui Quippe cernebam à lapide ferreum anulum raptum, atqꝫ suspensum, deniqꝫ tã quam ferro quod rapuerat, uim suam dedisset, communemq́ꝫ fecisset, idem anulus alteri admotus est, eũdemq́ꝫ suspẽdit, sic accessit & tertius & quartus: iamq́ꝫ sibi per mutua circulis nexis, non implicatorũ intrinsecus, sed adhærentium extrinsecus, quasi cathena pependerat anulorum. Quis istam uim lapidis non stuperet, quæ illi non solum inerat, sed etiam per tot suspensa transibat, & inuisibilibus ea uinculis subligabat? Hæc Augustinus de ciuitat. Dei lib. 21. Sunt apud Plinium lib. 34. cã 14. his Augustini uisis consimilia.

Coralius 22.

Coralius lapis est, dum uiuit in ęquore, uimen.
Rectibus auulsus, uel cæsus acumine ferri,
† Aëre contacto fit durior, ac lapidescit:
Quiqꝫ color uiridis fuerat modo, punicens fit.

† Aëre contactus

Hic

Hic uelut arbusti ramusculus esse uidetur
Circa semipedem, uix longior inueniẽdus:
Ex quo finguntur gestamina commoda multis,
Quippe salutaris gestantibus esse probatur.
Illius est † (ut ait Zoroastes) mira potestas, †(ut dixit)
Et sicut scribit † Metrodorus maximus autor, †Metrodo
Fulmina, Typhônas, tempestatesq́ repellit r⁹ optim⁹
A rate, uel tecto, uel agro, quòcunq́ geratur,
Aut in uinetis aspersus & inter oliua,
Aut à ruricolis cum semine iactus in † agris, †agros
Grandinis auertit calamis contraria tela,
Multiplicans fructus ut fertilitate redundent,
Vmbras dæmonicas, ac Thessala mõstra repellit,
Introitus præstat faciles, finesq́ secundos.

Alardus Aemstel.

Coralium lapis est] Forma ei est fruticis, color uiridis baccę cãdidę sub aqua & molles, aiũt, tactu dũ uiuit prorsus lapidescere, propter quod euelli retibus ac ferramẽto præcidi, hac de causa Coralium uocitatum putant, ἀπὸ τῆς χειρὸς hoc est à manu, quòd ea tactũ lapidescat. Quidam tamẽ potius ἀπὸ τῆς χοίρος dictum uolunt, quod congestum quid ac testaceum significat. Probatissimum eximiè rubet, & quam ramosissimũ est nec scabiosum aut lapideum. Religiosum id gestamẽ putant, & infantiæ pro amuleto id est pro fascinationibus amoliendis alligatur. Baccas quoq́ ex eo faciũt & in collo pro monili utuntur. Hæc Nicolaus Sipontinus. Plinius lib. 19. cap. 36. Marbodæus ut aliâs sæpe, ita & hic quoq́ pleraq́ omnia mutuatus est ex Solino, cap. 8. Theophrastus κουράλιον appellat, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, i. à tonsura, siue à radendo. Aiunt enim tactu protinus lapidescere si uiuat: itaq́ occupari, euelliq́ retibus, aut acri ferramento præcidi. Ouidius 15. Meta. Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis. *Sic & coralium, quo primum contigit auras Tempore.*

Idem in calce.4.Transfor.fabulatur uirgas sangnine Medusæ contactas in hunc lapidē fuisse conuersas.

Dum uiuit in equore uimē] Claudianus de nuptijs Honorij. Mergit se subitò & uelit coralia Clotho: Vimē erat, dum stagna subit: processerat undis, Gemma fuit. Verg. in Cyri. Coralio fragili & lachrymoso mouit electro. Sidonius. Lactea puniceo siuuātur colla corallo. Sunt qui putant, sed falsò putant Coralium dictum à Corallis, qui sunt populi regionis Pōticæ. Ouidi. lib.4. de Ponto. Hic mea cui recitē, nisi flauis scripta Corallis? Illud obiter animaduertendū, non rarò Corallam inueniri pro corona. Plautus Bacchid. pro insigni sit coralla plectilis. ¶ Hic uelut arbusti ramusculus] Coralium, ut libro qnto scribit Dioscorides alij lithodendron uocant: forma est ei fruticis marini, duraturq; ilico exēptum. ¶ Vt dixit Zoroastes.] Orosius de temporibus. Thare annorū. LXX. genuit Abraham, sub q̊ Zoroastus Magicæ artis inuētor. Hūc Berosus in.3.ait fuisse Noë filium eum, scilicet quem scriptura Cham nominat. Plinius cap.16.lib.7. & ca.1.3. D. Augustinus cap. 14.21. de ciuitate dei. Solum quando natus est ferunt risisse Zoroastem, nec ei boni aliquid monstruosus risus ille portendit: Nam magicarum artium fuisse perhibetur inuentor, & cæt. Solinus cap.4. Itaq; unum nouimus eadem hora risisse, qua erat natus, scilicet Zoroastē mox optimarum artium peritissimum. ¶ Metrodorus maxim⁹ autor.] Plinius cap.2.25. ¶ Fulmina Typhônas.] Est autem Typhon impetuosa uētorum rotatio, uortex item & uibrata procella. Plinius lib.2.cap.48. Aulus Gellius lib.19.cap.1. Quin turbines etiam crebriores, & cœlum atrum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας uocabant, impendere imminereq;, ac depressuræ nauem uidebantur. Lucanus lib.7. Et trabitus mixtis auidos Typhonas aquarum

rum

rum Detulit. ¶ Vmbras dæmonicas] Lege Dioscoridem. Atq; ab omni maleficio, atq; umbris dæmonũ, & inanibus studijs custodit. Non est igit̃ ociosum, nec ab ratione prorsus alienum, cur sacras Coralij bacculas, quibus in numerandis precibus utimur, prudens instituit uetustas.

Thessala monstra] Lege Plinium lib. 3. ca. 1. & uide adagium, Thessalica mulier.

Multiplicans fructus.] Stulte omnino faceret, qui super pomiferas arbores, uel fabaceas herbas, Coralia in pulueres redacta cum aqua asperserit, pomorũ aut fabarum sperans copiam. Eam lucri speciem si qs affectarit, Alberto gratias referat, qui id secretum posteris reliquit. Illud obiter addẽdum, Coralinm ex similitudine γοργονίαν appellari: quoniam Coralium exemptum aquis ex uimine durescit in gemmam: Sic ostenso Gorgonis capite in lapides uertebantur astãtia. Plinius 10.37. Gorgonia, inquit, nihil aliud est, q̃ Coralium: nominis causa, q; in duriciem lapidis mutatur, emollit marina, fulminibus & typhoni resistere affirmant. Pictor Villing.

De Corallio Plinius libro tricesimosexto, capite 29. & libro tricesimosecundo, cap. secundo. Solin. cap. 8. Diodo. lib. 5. cap. 129. Albertus lib. secundo, capite 3. Auicenna canone. 1. Hanc gemmam eleganter describit Naso. 4. Transfo. Et Isidorus in cap. de rubeis gemmis. Bart. Angli. libro decimosexto, Dioscorides in proprio capite.

Corallus nos dicimus, ueteres corallium, quidam Pyriten uocant, quoniam sit plurimus ignis illi: sed est alius etiamnum Pyrites similitudine æris, nonnulli λιθοδένδρον id est lapidem arboreum appellitant, & prima illius anceps habetur syllaba.

Zoroastes.] Hic dicitur eodem die risisse quo natus est, eidemq; cerebrum palpitasse ut impositam re-

 pelleret

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

pelleret manum, futuræ præsagio scientiæ, Plin. teste libro 7. capite 16. Ab hoc ut inter autores cõuenit, reperta est magica ars, quod idem scribit libro 30. cap. primo, de qua scripsit uigintiducenta milia uersuum, quos Ninus Assyriorum rex cremari fecit.

Metrodorus.] L. Paulus deuicto Perseo petijt ab Atheniẽsibus ut quàm probatissimum philosophum mitterent sibi ad erudiendos liberos, itemq; pictorem ad triumphum excolendum: Athenienses Metrodorũ elegerunt, professi, eũdem in utroq; desiderio præstantissimum, Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Typhônas] Typhônas uocamus fumigantes globos, & figuras nubium sine igne, scribit Plinius libro 2. capite 48. ¶ Thessala monstra,] id est, incantatiões, quarum propter herbas Medeæ Thessali abundant, ut Apuleius indicat. Nam cum illuc fugeret, per aërem uecta Medea, ut est apud Ouidium Transformationum sexto libro, scriniolum ueneficijs, ac magicis herbis plenum deiecit, eæ'q; sparsæ suppullularunt. Quin & Pli. docet, magiã ad Thessalos usque propagatam, diu ab ea gente cognomen obtinuisse, adeò ut Menander quoq;, literarum subtilitatibus peritus, Thessalam cognominarit fabulam, complexa[illegible] ambages fœminarum, detrahentium lunam, ut Hypsipyle Ouidiana de Medea: Illa reluctãtẽ cursu deducere lunam Nititur, & tenebris abdere Solis equos. Vide Eras. in prouerb. Thessala mulier. Veneficia Propertius uocat toxica Thessaliæ. ¶ Si teratur & impleantur ex lapidis puluere concauitates infirmorum dentium, eradicat eos. Et est summus in cõfortatione gingiuarum uentris'q; cura, unde pueris ad ponitur gestamen. si Auicennæ credimus in 1. can.

¶ Alabanda Alabandina siue Alabãdicus. 13

ASt Asiæ regio, quæ nomen habens Alabanda
Fert Alabandinam, cuius lux æmula Sardi,
Iudicis ambiguum de nomine fallit acumen.

Ast

Ast Asiæ regio] Strabo lib. Geographię. 14. Iuuenalis Satyra 3. Hic Andro, ille Samo, hic Trallib⁹, aut Alabādis. Plinius ca. 8. lib. 36. E diuerso niger est Alabandicus terræ suæ nomine: & quę sequuntur. Stephanus in commentario de urbibus, tradit Alabandā Cariæ ciuitatem esse, conditam à Care, à cuius filio nomen sortita sit. Siquidē is postq̄ in equestri prælio strenue pugnasset Alabādus est dictus: Cares enim sua lingua Ala uocant equum, Bande uictoriam Eam'q; uocē ait Romanis etiam in usu fuisse, ut bādam uictoriam diceret. Equidem opinatur hinc Erasmus Germanis durare uocem eam, qua præpotentem & antiquę nobilitatis principem, Banderum uocant, ut qui uictor olim hoc honoris uirtute bellica sibi pepererit. Lapis iste sanguinis profluuiū & prouocat & adauget. Hermolaus Barbarus Corallarij lib. 5. ca. 988. annotauit promisciuè dici Alabandicum siue Abalandicum. Vide prouerbium. Alabanda fortunatissima.

Pictor Villin.

De Alabandina Plin. lib. 36. ca. 8. ubi Alabādicum nominat. Albert. lib. 3. ca. 1. Anglicus de propriet. rerum lib. 16. ¶ Aemula Sardi] Est rubei coloris ut Sardius, uel hebetis, quasi medij inter Beryllum & Hyacinthum, ut est Chalcedoni⁹, sic placet Isido. Secūdum Diosco. uero, Alabandina est clara & subrufa, liquatur igni & funditur ad usum uitri. Eius uirtus est sanguinem prouocare & augmentare. ¶ Aemula] Dicitur autem æmula teste Nonio Marcel. quæ aliquem imitatur & sequitur, quod non nisi amore fieri potest: unde Verg. lib. 10. Spem'q; meā patriæ quæ nunc subit æmula laudi.

Corneolus 24.

SEd neq; Corneolus lapides retinere libebit,
Qui licet obscurum uideantur habere † ruborē,
Non spernenda tamen his creditur insita uirtus. † colorem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Nam lapis hic digito collóue gerentis adhærens,
In disceptando surgentes mitigat iras.
Quiq; lauaturæ carnis bonus esse uidetur,
Sanguinis ex membro sistit quocunq; fluorem,
Præcipuè talem patitur si fœmina fluxum.

Alardus Aemstel. Illud per se quiuis animaduertat, quæ hic docet Marbodæus eadem esse fere cum ijs, quæ tradidit Pli. quæ quisqs scire uolet, ex illo paratũ erit ingrere.

Pictor. Villing. De Corneolo Alber. lib. 2. cap. 3. ubi scribitur Corneleus. Serapio aggregatio. ca. 400. Anglicus lib. 16.

Corneolus] reperitur hic lapis apud fluuium sui nominis, ut Vincent. ait. Dicit tamen Serapio apud Rhenum flumen. Horum multitudinem filij Israël in deserto sculpisse dicuntur, quorum sculptura tam subtilis acuminis comprobatur, ut nullus huiusmodi operis imitationem fuerit ausus deinceps aggredi, sic est in lib. de natu. rerum. ¶Habens quis liuidos dẽtes Corneolos terat, & cum puluere fricet dentes, albescunt & omnes abiguntur sordes, Sic in Pandectis inuenies. Vnde gemmam hanc non minus uere quàm eleganter dixeris dentifricium: quia omne medicamẽ, ad dentes potissimum dealbandos, dentifricium uocatur, inquit Galenus in Pharmacẽtria: Quod fit è pumice, cinere cornu ceruini, & sale armeniaco: ser nobilius, ex margaritis in pollinẽ redactis, ut idem testat.

Carbunculus siue Anthracites 25.

ARdentes gemmas superat Carbunculus omes:
Nam uelut ignitus radios iacit undiq; carbo,
Nominis unde sui causam traxisse uidetur:
Sed greca lingua lapis idem dicitur' ἄνθραξ.
Huius nec tenebræ possunt extinguere lucem,
Quin flammas uibrans oculis micet aspicientum.
Nascitur in Lybia Troglodytarum regione.
Et species eius ter † trinæ, tresq; feruntur.

Alardus Aemstel. Ardentes gemmas] Plinius lib. 37. ca. 7. [Nam uelut ignitus] Carbunculi à similitudine ignium appel-

lati,crm ipsi non timeãt igneis,ob id à quibusdam uo cati Pyroti. Est & Carbũculus anthracites appellata, carbonibus similis ignitis: nimirũ quod iacti in ignẽ uelut intermortui extinguãtur,contra perfusi aqua magis exardescunt. D. Aurelius Augustinus lib. de do ctrina Christiana. 2. cap. 16. Nam & Carbunculi noti-tia,quod lucet in tenebris,multa illuminat,etiam ob-scura librorum,ubicunque propter similitudinem po-nitur. Lege Exod. 28. Et Ezechiel itẽ 28. ¶Sed Græ ca lingua lapis idem dicitur Anthrax] 'άνθραξ: Hinc an thracinus color dicitur,siue quod carboni similis sit, siue quod huiusmodi color è tædis fit,ligno conbusto, tri tisque in mortario carbonib⁹. Hierony. ad Damascũ pa pã in epl'a cui⁹ initiũ est,Septuaginta. Vidẽtur aũt mi-hi & Septuaginta in eo,quod 'άνθρακα transtulerũt,idem sensisse,quod cæteri Anthrax. Quippe quẽ nos carbũ-culũ interp̃tamur,genus est lapidis fulgidi atque niten tis,quẽ etiã in duodecim lapidib⁹ inuenim⁹. Hęc ille. Plin. Romano uocabulo Pyropũ uocat carbunculum ut q ignes nõ sentiat,& ob id à qbusdã uocat Apyrau sta. Lucre. li. 2, Nanque alias fit,uti claro sit rubra pyro-po. Ouid. li. 2. Meta. Clara micãte auro,flãmasque imitã te pyropo, Manili⁹. Fœmineũ rubro uultũ suffusa py ropo. Frãcisc⁹ Petrar. Chysolit⁹,nitidusque adamas,flã mãsque pyropus. Mãtuan. Ignea & ardẽti circumuestita pyropo. ¶Qui flãmas] Carbũculos quidã ab igneo co lore Pyropos,& Apyrustas,quod ignẽ nõ sentiant,uocãt. Mãtuanus. In fuluo radiãs carbũculus auro. Dicit & pyrois ab igneo colore. Columella. Sic micat & rutil⁹ pyrois,& ore corusco Hesper⁹. ¶Troglodytarum regio ne] Plin. ca. 29. li. 6, idẽ ca. 8. 5. Mela Põponi⁹ li. 1. He-rodotus in Melpomene. Solin. ca. 40. Eccl'i 32. Signa-culũ carbũculi in ornamẽto aureo,cõcentus musicorum in cõuiuio uiui,in fabricatiõe aurea signaculũ smarag di,melodia musicorum super dulce uinum. Pictor. Villin.

De Carbunculo Plinius libro. 37. cap. 7. Albert. libro secundo. Mineral. tract. 2. cap. 3. Isidorus libro 16. ca. 15. Bartho. Anglicus libro. 16.

Ardentes gem.] Non solum ardentes. Quippe Carbunculus lapis omnium preciosissimus est, ut etiam charissimus, quem ad alios lapides, sicut aurum ad cætera metalla, se habere testatur Albertus. Carbunculum dicit Aristo. sigillum, gnomônem, & regulam gēmarum, qui omnibus lapidibus suam imprimere possit figuram, quum nullus sibi pressura noceat.

Troglodytarum regiōe] Trogodytæ habitant in finibus Aphricæ ultra Aethiopiam, qui ueslociores sunt equis, & in cauernis habitantes, carnibus serpentum uiuunt, de his. Plin. lib. 5. ca. 5. Strabo. lib. 11.

Ter trinæ tresq́ꝫ] Id est duodecim. Inter gemmas quæ rubro colore sunt & pellucent, Carbunculi principatum tenent. A similitudine ignium, aut ꝙ ignē nō timeant, appellati. Vnde à quibusdam Apyroti uocantur, ait Plin. Sed optimos Carbunculos dicit idem Amethystizontas, hoc est quorū extremus igniculus in Amethysti uiolam exit. Hinc proximos illis Syrtitas, pinnato fulgore radiantes. Carchedonij minores sunt & nigrioris aspectus, quibus signandis cæris uti solemus, sed tamen Sapphiros & Iaspides & dignitate & precio uincūt. Scimus quidem uarias apud scriptores de huius generibus opiniones relatas, nam Marbodę hic duodecim memorat, Euax undecim, Pli. etiā plura. In lib. de natu. rerum saltem tria inuenio, sed operę precium esse non uidetur, multis expedire negotium, cum paucis sufficiat, præsertim cum hoc Carthaceum mare omnibus nauigaudū pateat, apud Plin. li. 37. ca. 7. & apud alios. ¶ Sunt Carbūculi utriusq́ꝫ sexus, Mares excitatius fulgēt, fœminæ pinguiores sunt & crassius nitēt. Sed difficilius est nihil, q̄ discernere ueros à falsis, quoniā magna est in eis occasio artis. Aliquādo etenim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

etenim subijciunt eis mangones fundamenta per quæ luceant & exoticum colorem accipiant: adulterantur & uitro, quo ueris sint simillimi. Aiunt & ab Aethiopib' hebetiores in aceto maceratos, quatuordecim diebus nitescere, totidem mensibus durante fulgore. Sed cote depræhunduntur sicut aliæ gēmæ factitiæ, autor est Plin. ¶ Sculpturis] Sculpturis resistit: si uero sculptus fuerit dum signa in cerā imprimit, quasi quodā animali morsu partē ceræ secū tollit, dicit Isido. li. 16. ca. 13.

Lyncurium 26.

VErtitur in lapidē, q̊d stillat ab inguine Lyncis:
Lyncurium uocitāt, lapis est tamē hic pciosus:
Nam credunt ipsas hoc præsentiscere lynces,
Quæ mox egestum properant operire liquorē:
Dum superaccumulant congestæ pondus harenę,
Scilicet inuidia, ne nostros cedat in usus.
Electro similem Theophrastus habere colorem
Hunc ait, & simili paleas adducere pacto:
Affirmans ipsum stomachi placare dolorem
Ictericis etiam priscum reparare † colorem, † fulgorem
Et perturbati compescere reumata uentris.

Alardus Aemstel.

Vertitur in lapidem] Plinius lib. 8. cap. 36. Lyncū humor ità redditus, ubi gignuntur, glaciatur, arescit úe in gēmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes, Lyncurium uocatas, atque ob id succino à plerisque ità generari prodito. Nouere hoc sciuntque lynces, & inuidentes urinam terra operiunt, eoque celerius solidatur illa. Idem lib. 37. cap. 3. Lyncurium tamen gēmam esse contendunt, fieri aūt ex urina quidem lyncis sed egesta terra, protinus bestia operiente, quoniā inuideat hominum usui. ¶ Scilicet inuidia ne nostros] Aristoteles in lib. de admirādis in nr̄a ca, 66. Et Lynces quoque quod emingunt, obtegere harenis ferūt, cū uideantur intelligere, id ab hominibus quæri ad priua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

tam utilitatem,& potissimam ad informandas imagines,decorandosq́ sculpturis anulos.Ouidius item 15. Meta. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho, E quibus ut memorant quicquid uesica remisit, Vertitur in lapides,& congelat aëre tacto, ¶Theophrastus habere]Plinius lib.37.cap.3. Quod Diocles quidem & Theophrast⁹ credidit,ego falsum id totum arbitror, nec uisam in æuo nostro gemmã ullam ea appellatione,& quod de medicina simul proditur,calculos uesicæ eo poto elidi,& morbo regio occurri, si ex uino bibatur,aut si portetur.Dioscorides libro secundo,cap. 63. Lyncis urina quam Lyncurium dicunt, creditur eiecta statim lapidescere,sed falso,eamq́ ob causam inanem & inutilem habet historiam:Est enim Lyncurion,quod à quibusdam electrum dicitur, cognomento pterygophoron, quod est plumas trahens: id in aqua positũ stomacho & fluẽti aluo illud accõmodatũ est.Iam uerò ꝙ Plinius neget suo æuo ullum uisum fuisse Lyncurium,non satis est causę (quod pace tanti uiri dixerim) cur hodieq́ prorsus aut non sint,aut certe olim fuerint Lyncurij:& proinde inanem esse operã omnem, naturas lapidum perquisitius inuestigandi. Quandoqnidem abunde satis constet ex Exodo, Lyncurium τῷ λογίῳ, hoc est rationali pontificis intertextum, tertium angulorum ordinem sibi uendicasse. Præterea apud Ezechielem, Præter alios lapides,& hunc quoq́ legimus in Diademate principis Tyri repositum.Ad extremum in Apocalypsi Ioannis inter illos refertur,de quibus cælestis extruitur Hierusalem.

Ictericis etiam priscum] ἰκτερικία, Ictericia, latinis arquatus,& morb⁹ regius ex obstructiõe hepatis,& debilitate splenis obortus.Nomen ipsum ab ἰκτερῷ auicula habet,quam quidam miluium interpretãtur, dictumq́ inde morbum, quod flaua bile oculi suffusi, miluinis similes fiant:alij galbulam uel galbulum, ut Pli-

Plin.per icteron intelligunt.Est aũt & ictericiæ speci es altera,q̃ nigram uocant.Morbus is populis septentrionalibus ualde notus ẽ,ꝓpter malos cibos(utputo) & frigus ingẽs, corporis, & maxime faciei colorẽ in nigrorẽ cõmutans, adeò uehemẽter corpus afficiens, ut nõ solũ dẽtes labefactati excidant,ueꝝ mẽbra solida à corpore ueluti mortuo,ꝓcidãt, à qbusdã ꝑlecẽt. Lege Pli.li.30.ca.3.à Cor. Celso aurigo dr̃,qm̃ etiam dęmoniacus atq; comitabilis dr̃,ut testis ẽ Acrõ in Poẽtica Horatij.Samonic⁹.Regi⁹ ẽ uero signat⁹noĩe morb⁹,Mollit̃ hic qm̃ celsa curat̃ in aula.¶Rheumata uẽtris]Rheuma uel rheumatism⁹ dr̃ eruptio siue fluxus ἀπὸ τ῀ ῥέω.i.fluio.Pli.li.28.ca.8.Elephanti sanguis ꝑcipuè maris,fluxiões oẽs,q̃s Rheumatismos uocãt,sistit.

De Lyncurio Alber.li.2.ca.10.Mineraliũ,ubi scriptũ ẽ Lygurius.Et idẽ de aĩalibus,li.22.Solinus ca.8. Pli.li.37.ca.2.& 3.& li.8.ca.38.¶Lyncuri⁹]Lynx, animal ꝑspicax est oculis, ita ut scd̃m poẽticas fabulas, corpora solida penetret: linguã habet serpẽtinã,quam ultra modũ extẽdit:collũ circũagit, & lupo lõgior ẽ. De urina eius dicit̃ nasci lapis Lyncurius, sed inuidere homini fert̃,adeò ut urinã sub harenis abscõdat. Hæc Albert.de nat.anim.li.22.Cõfinia sunt apud Pli.li.8. cap.38.Et lib.11.ca.47.¶Ab inguine]quod est à pudendis.Et hoc mõ dixit Horatius Sermon.1.li. Saty. 8.Fures dextra coërcet,Obscœnoq; ruber porrect⁹ ab inguine palus. ¶Electro similem] Electri color quis sit,habes in cap.Chrysolectros.18. Pictor. Villing.

Paleas adducere] Nec folia tantum aut stramenta ad se rapere,sed aëris etiam ac ferri laminas,quod Diocles & Theophrastus credit,testante Plinio.

Ictericis priscũ]Icterus, morbus, cum per totum corpus bilis suffunditur,quæ interdum nigra, interdum flaua est.Dictus autem ab Ictero aue,quam galgulum dicimus,aliquando ficedulam,crocei coloris.

Hic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Hic & regius morbus à Plin. dictus lib. 37. capite 10. q mulso, potionis genere in delitijs regum habito, cu raretur, inquit Varro: Et aurugo à colore auri, quia ci trinum efficit hominem. Et aliquando Arquatus, q stringat humana corpora, ut in arcū ducat, de his mul ta Angli. libro septimo. ¶Reuma quilibet fluxus est: talis, fuit causa accelerationis mortis Manassę, ut est scriptum Iudith octauo. cap. Reumatismum Barpth. Anglicus describit libro septimo. Eiusq́ meminit Pli nius libro 22. cap. 18. ¶Hic lapis Lyncurius, frigidę & siccæ cōplexionis est, rotundus, ualet prę cipuè uul neratis & à uulnere ferrum extrahit, Aristo.

Aëtites, 27.

INter præcipuos lapides numeratur Aetites,
Quem petit extremis orbis Iouis ales ab oris,
Custodem nidi, defensoremq́ futurum,
Quo ualeat pullis dubios auertere casus.
Continet hic alium prægnantis more lapillum.
Creditur ergo potens prægnantibus auxiliari,
Ne uel abortiuum faciant, partuúe laborent,
Appensus leuo solito de more lacerto.
Confert præterea gestanti sobrietatē,
Auget diuitias, & amari cogit habentem,
Victoremq́ facit, populiq́ fauoribus ornat,
Incolumes pueros dat uiuere, siue puellas:
Atq caducorum fertur † cohibere ruinas,
Si quis suspectus tibi sit de fraude ueneni,
Tuq́ probare uelis sua num sit iniqua uoluntas,
Participem mensæ, quem formidas adhibeto,
Pulmento posito, cui sit submissus Aetites.
Si fraus corde subest, tentans glutire nequibit:
Si tuleris lapidem, cupidè gustata uorabit.
Puniceum lapis hic memoratur habere colorem,
Oceaniq́ latens in littoribus reperitur,
Aut aquilæ nidis, aut Persarum regione,

†, phibeere uel sedare.

Quem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Quem gemini, Pollux Castorq; tulisse feruntur.
Inter præcipuos] Plinius lib. 36. capite 21. & 50. apite 13. Solinus cap. 50. Hunc Aëtitem Torastres p̃ert omnibus, maximamq; illi tribuit potestatem: inenitur autem in nidis aquilæ, aut in litoribus Oceai. ¶ Numeratur Ethites] Sic in alijs codicibus erat, t ab Alberto etiam nuncupatur Etites: sed utrunque què deprauatum est, quanq̃ ratio carminls non pati tur, tamen legendum est Aëtites ab aquila, quã Græ ἀετὸν uocitant, quod in aquilarum nidis reperiatur. linius 37. cap. Aëtites à colore aquile candicãte caua. ¶ Quem petit extremis] Philostratus 2. uitæ Apollonij. Aues quoq;, inquit, quis non uideat pullorũ ausa multa facientes? uelut aquilas ac Ciconias, quæ unquã nidos extruunt, quin lapides illis imponant, æc quidem à se aquilinum uocatum, illa uerò lychni em appellatum: propterea ꝙ facem adhibent, ut oua ætum producant, & serpentes nidis non appropinuent. D. Hieronymus lib. 18. commenta. in Esaiam, ap. 66. Aiunt qni de animantium scripsere naturis, mnium quidem bestiarum, & iumentorum, & pecuum, auimq; ingenitum esse in filios pullosq; affectũ ed maximum esse amorem aquilorum, quæ in excels & in accessis locis nidos collocãt, ne colnber fœtus iolet, amethystem quoq; inter pullos cuius lepidem eperir, quo omnia uenena superentur. Hæc ille. Demiror ego qua nam incuria acciderit, ut in omnibus xemplaribus & olim, & recens excusis, hoc loco subititia uox. ¶ Repserit Camethystes, cum mea quieem ententia rectius quadraret aetites. ¶ Iouis ales] Aenulatus est locum qui est apud Vergilium lib. Aenei. . Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turba at cælo. ¶ Continet hic alium] Lege Dioscoridem. Aëtites lapis, inquit, ceu prænans, intusq; uelut in aluo lterum lapidem habens, sonum, si qnatias, remittit.

Alarchus Aemstel.

Pli

Plinius lib. 10. cap. 3. Inædificatur nido lapis aëtites, quem alij dixere Gagatē, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans, intus cum quatias, alio uelut in utero sonante. Sed uis illa medica non nisi in nido direptis. Idem libro 30. capite decimotertio. Lapis aëtites in aqlæ repert⁹ nido, custodit partus contra omnes abortuū insidias.

Prægnantibus auxiliari] Rhennius. Hic est aëtites sonitum cui spiritus addit. Arcanum crepitans prægnantibus utilis ægris. Erasmus in adag. Scarabeus aquilam. Est gemma cum primis nobilis, quam ab aquilæ nomine Græci uocant aëtiten: non dissimilis est ouo, sexu quoq; distinguitur. Nam in fœmina fœtum inclusum inuenias, pulli propemodum specie. Mira uis ad eliciendum partum. Quamobrem hodieq; parturiētib⁹ admouetur, quò partum acceleret. Hui⁹ itaque generis par aquila solet in nido suo parere, alioqui nunquā positura oua, aut certe non exclusura pullos. ¶ Sua si sit iniqua] Videtur si positū pro an, quo pacto & Græci utuntur aliquoties εἰ. Cicero in oratore suo libro secūdo, si pro an dixit imitatus Grecos, apud quos εἰ bifariam significat. ¶ Quem gemini Pollux] Fuerunt filij Tyndari & Ledæ ac Helenæ fratres Castor equorum domitor, Pollux uero pugil. Ouidius libro fastorum quinto. Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil. Homerus Odysseæ λ. τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσί ζοὸς αἶα. Vergilius: Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Leda grauida ex Ioue in cygnum conuerso ouum peperit, unde gemini prognati Castor & Pollux. Pictor. Villin.

De Aëtite Plin. lib. 37. cap. 11. Isido. lib. 16. cap. 4. Et iterum Plinius lib. 10. capite tertio. Solin. cap. 50. Diodo. lib. 5. cap. 148. Serapio. cap. 402. Albert. libro secundo. cap. 5. ubi male scriptum reperies Etices.

Aëtites à colore aquilę cādicante cauda, iuxta Pli. lib.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

lib. 37. capite undecimo. Nam ἀετὸς aquila sonat, unde à quibusdam, teste Alber, & Aquileus dicitur, aliq dixere Gagatem, ut asserit Plin. libro decimo capite 3 ¶ Iouis ales] E uolucribus, sola aquila fulmen nõ sentit, unde armigeram Iouis, consuetudo iudicauit, & sic Iouis alitem: cuius rei testimonio est Plin. libro secundo, capite 55. & libro 3. cap. 10. & cap. 5. Possum q̃q Luciani poëticum huc applicare, qui sub forma aquilæ Iouem ab Ida Ganymedem rapuisse scribit: unde, quia ipse in aquilam pater deorum atq hominum sese formauit, facile crediderim, hãc uolucrem Ioui in delitijs & sacram fuisse. ¶ Auertere casus] Albertus dubitare uidetur cur hanc gemmam in nido habeant aquilæ: Hic autem habes rationem spectatam utcunq. præsertim cum tantæ uirtutis sit habitus Aëtites. Non tamen latet nos, alios alia adducere: ut quædam apud Albertum, q̃ habeant hunc ad mitigandum calorem ouorum, aut corporis aquilæ, ne oua nimis calefiant: Alium q̃ conferat ad formatiõem, & ad futurum habitum pullorum. Sed nostri instituti non est, cuiusq rei singulorum autorum, ostendere causas. ¶ Abortiuum] Abortus causas plurimas in septimo libro, cap. septimo. Plin. enumerat, mulieribus obseruandas, quarum una est, inquit, à lucernarum odor extinctu.

More prægnantis] Est lapis iste p̃gnans: intus, cum quatias, alio uelut in utero sonante, Plinio autore.

Leuo lacerto] Et cruribus alligatus prægnantis, maturat partũ, scribit Isidorus. ¶ Aëtitis quatuor genera Plin. lib. 37. capite 21. inueniri ait, Marem & fœminam. Vnum nãq aëtitem in Africa nascentem, pusillum & mollem, intra se ac ueluti in aluo habentem argillam suauem, candidam, ipsum fricabilem, quem fœminei sexus putant: Marem uerò, qui in Arabia nascitur, durum, gallæ similem: aut subrutilum, in aluo habentenm durum lapidem.

Tertius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Tertius in Cypro inuenitur, colore illis in Africa nascentibus similis: amplior tamen ac dilatatus, cæteris enim globosa facies: habet in aluo harenam iocūdam & lapillos, ipse tamen mollis ut etiam digitis fricetur. Quarti generis Raphiusius appellatur, nascens iuxta Leucadem in Rhaphiusa, qui locus est dextra nauigantibus ex hac Leucadem. His eleuauit fidem Plinius testimonio libro 36. cap. 21.

Selenites. 28.

† Nec
† tacere
† Quæ

NEcq; Selenitem fas est omnino † silere
Qui uelut herba uirens, & Iaspidis æmula gemma,
Lunares motus, & menstrua tempora seruat:
Crescit enim luna crescente, minorq́; minuta
Efficitur, tanq̃ cœlestibus anxia damnis.
Idcircò sanctus lapis à plerisq; uocatur.
Dicitur esse potens ad amorem conciliandum,
Languentes etiam, Phthisicosq́; iuuare putatur.
Toto gestatus crescentis tempore lunæ
Nec minus & toto per decrementa fluentis,
Effectus miros, & commoda plurima præstat.
Hanc autem gemmam memorant in perside nasci.

Alardus Aemstel.

Nec Selenitem] Primam corripit. Verg. 3. Aeneid. Teq́; datis linquo uentis palmosa Selinis. & Silius. Audax Hybla fauis, palmis quoq; onusta Selinis. Rhennius. Atq; Selenites lunaris imagine lucis. Quod dec⁹ & minuit proprij splendoris & auget. Proinde libens legerim. Necq; Selenitem. σελήνη lunam significat. Vnde Arcades, qui uolūt mortalium omnium antiquissimi uideri, προσέληνοι dicuntur, tãquam antiquiores ipsa luna. Huic lapidi à luna nomen inditum est, quæ Græce σεληναῖα καὶ σελήνη dicitur: σέλας uerò siue σέλεας iubar atque splendor. Perinde igitur sonat, ac si lunæ iubar & splendorem dicas. Augustinus 21. de ciuitat. cap. 5. In

eadem

eadem Perside aiunt gigni etiam lapidem Selenitem, cuius interiorem candorem cum luna crescere atq; deficere. ¶Lunares motus.]Plinius libro 37. capite 10. & Solinus capite 50. ¶Phtisicosq; iuuare]φθίσις, Phthisis consumptio membrorum spiritus ac solidorum etiam, Latini tabem uocant, Græci etiam φθονὴν. Ptysis πτύσις uero frequenter accidere solet in morbis thoracis. Et est expuitio puris cum tussi uehementi. Proinde in dubium uocor phthisicosq; an ptysicosq; legẽdum sit. Liberũ per me erit cuiq; sequi quod uelit. Ptysis dicitur sputum, Phthisis uerò exhulceratio pulmonis appellatur, cum tabe & extenuatione totius corporis, ac sanguinis excreatione: ἀπὸ φθίνειν, quod est tabescere consumiq;: unde Pthisici. ¶Effectus miros] Illud mirum quod eò arbores fertiles fieri uidentur, si uinctum eum contineant. ¶Et commoda plurima p̃stat]Quæ compendio perstringit Dioscorides.

De Selenite Dioscorides libro 5. Pli. lib. 37. ca. 10. Auicennæ lapis lunæ dicitur libro secundo, cap. 412. Solinus cap. 50. Albert. libro secundo. capite 17. Pictor Villing.

Selenites, quia imaginem lunæ habet, sic uocatur, σελήνη enim lunam significat latine, uide Plinium libro 37. capite decimo. ¶Velut herba uirens] Ex candido translucet melleo fulgore. Plinius.

Menstrua tempora]Hoc est, quę sunt mensis unius. quia luna octo & uiginti propè diebus, totius Zodiaci ambitum conficit, qui mensem integrum faciunt, Macrobius in som. Scipion. libro primo. A mense autẽ deducitur adiectiuum menstruus, ut menstruum opus quod est opus unius mensis, Perottus.

Phthisis est consumptio naturalis in humore corporis ex ulcere pulmonis proueniens: fit aliquãdo ex rheumate à capite distillante in pulmonem, quẽ repercutit, & repercutiẽdo cauat, & hulcerat. Aliquando ex nimia pulmonis siccitate: nonnunquam ex sanguine:

cum in pulmone rumpitur uena,& eius fluxus in sanie em conuertitur. Barpth. Anglicus.

Commoda plu. præstat] Nam qui portat eum, fertur habere præscientiam quandam futurorum, si sub lingua portetur, præcipue prima Luna & decimo existente, sic scribit Albertus. At Vincentius in spec. natu. ait: Ista duo uocabula gemmarum Chelonites & Selenites uidentur confundi, & unum loco alterius sumi, uitioq; scriptorum corrũpi. Nam eadem ex parte hic dicũtur de Selenite q̃ superi⁹ dicta sunt de Chelonite.

Gagatromeus 29.

AT diuersicolor, quem dicunt Gagatromeum,
Pelli capreoli similis lapis esse refertur:
Quem qui gestarit dux pugnatur⁹ in hostem,
Hostem depulsum terraq; mariq; fugabit.
Istius Alcides ope multa pericula uicit,
Succubuit, quoties lapidem non sustulit istum.

Alardus Aemstel.

Hostem depulsum] ἀναδίπλωσις est. [Istius Alcides] Hercules dictus est ἀλκείδης ab auo Alceo, Amphytrionis patre. Martialis lib. 4. Trux erat Alcides, sed Hylã spectare licebat. Pictor. Villing.

De hoc lapide Albert. libro 2. Tract. 2. cap. 7. Sed Gagatronica habet Siluat. Pandect. cap. 424.

Dicit Auicenna, q̃ uictores reddat se gestantes, & hoc expertum sit in Alchite priucipe quodam: qui cũ secum habuerit hunc lapidẽ, uicerit domi forisq;: quã do uerò caruerit, hostibus succubuisse compertum sit.

Pelli capreoli] Capræ syluestres sunt, unde capreoli dicti. Verg. Capreoli sparsis etiã nũc pellib⁹ albo.

Pugnaturus in hostem, Hostem depulsum &c.] Figuram orationis nota, Anadiplosim, id est, reduplicationem, quę summus carminis est ornatus, si non crebro intercurrat. De hac Cicero ad Heren. 4. lib.

Ceramius 30.

Ventorum

Ventorum rabiè cum turbidus æstuat aër,
Cum tonat horrẽdũ, cũ fulgurat igneus æther,
Nubibus elisus cœlo cadit ille lapillus.
Cuius apud Græcos extat de fulmine nomen:
Illis quippe locis, quos constat fulmine tactos,
Iste lapis tantum reperiri posse putatur,
Vnde κεράυνι@- est Græco sermone uocatus:
Nam quod nos fulmen, Græci dixere κεραυνόν.
Qui caste gerit hunc à fulmine non ferietur,
Nec domus aut uillæ, quibus affuerit lapis ille:
Sed neq; nauigio per flumina uel mare uectus,
Turbine mergetur, nec fulmine percutietur:
Ad causas etiam, uincendáq; prælia prodest,
Et dulces somnos, & dulcia somnia præstat.
Huic binæ dantur species, totidémq; colores,
Crystallo similem Carinaria mittere fertur,
Cæruleo tamen infectum rutilóq; colore:
Mittit & Hispanus, regione manens Lusitana
Flammas spernentẽ similémq; colore Pyropo.

Alardus Aemstel.

Ventorum rabie] De hac uentorum rabie, turbineq; Homer⁹ Iliad. 2. 13. & 14. Sili⁹ lib. 15. Et uaga late Per subitum moto strepuere tonitrua mundo. Valerius Flaccus lib. 1. Vasto pariter ruit igneus ęther Cũ tonitru. Iuuen̄. 5. Fremeret sęua cum grandine uernus Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo. Politianus Tonitruq; coruscat Horrisono. ¶Cuius apud Græ.] Pli. cap. 9. 37. Quoniam non aliubi inueniatur, quam in loco fulmine icto, unde & nomen habet. κεραυνὸς em̄ Græcè, Latine fnlmen dicitur. ¶Græci dixere κεραυνόν] Hinc est illud prouerbiale Homericum, χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός .i. molestum est uero magni Iouis fulmẽ Albertus 2. Mineralium, ut fere omnia lapidum uocabula, perperam more suo eraurũ siue Coronũ nominat. ¶Nec dom⁹ aut uillę] ὁμοιόπτωτον est siue παρόμοιον

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Quale est illud Propertij li. 3. Lydus Dulichio nō distat Cresus ab Iro. ¶ Turbi. merge] ὁμοιοτέλευτον. ¶ Crystallo similē Germania] Quanq̄ & Alber. hāc sequut⁹ lectionē fortasse constanter affirmet, et Cerauniā reperiri in Germania, tamen ex Plinio satis apparet esse legendum, Crystallo similem Carmania. Est, inquit Plinius, inter candidas, & quæ Ceraunia uocatur, fulgorem siderū rapiens, ipsa Crystallina splendoris cærulei in Carmania nascens. Vide Plinium libro sexto, cap. 23. Illud obiter adijciendum, Ceraunia mōtes eē Epyri, separantes Ionium mare ab Adriatico, qui crebro fulmine infestantur. Claudianus. Ignea fulmineis legêre Ceraunia Nymphę. Rhennius: Cū tollunt mōtes excelsa Ceraunia. Statius libro 10. Thebai. Qualiter aut Malæa, aut alta Ceraunia supra Cessantes in nube sedent, nigrisq; leguntur Collibus, & subitæ saliunt in uela procellę. Ouidius: Cum poterā recto trāsire Ceraunia uelo. Silius libro octauo: Terruerūt pauidos accensa Ceraunia nautas. ¶ Regione manens Lusitana] Solinus cap. 36. Lusitanum littus pollet gēma Ceraunia plurimum, quā etiam Indicis præferunt Huius Ceraunię color est è Pyropo, qualitas igni probatur, quem si sine detrimento sui perferat, aduersus uim fulgurum creditur opitulari. Plinius lib. 4. ca. 21.

Pictor. Villing. De Ceuraunea Plin. lib. 37. cap. 9. Albert. li. 2. ca. 3. ubi perperam scriptum est Ceraur⁹. Anglicus Ceranius scribit lib. 16. Corauius habet Siluat. cap. 404.

Nubibus illisis] Si in nube luctatur flatus aut uapor, tonitrua ęduntur: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra: ijs finditur nubes, illis perumpitur, Plin. autor est. 2. lib. & tunc demum cadit ille lapillus. ¶ Turbidus & horrendum] Loco aduerbiorum posuit nomina, & hoc poëtice. ¶ Cuius apud Græcos] Non alibi quàm in loco fulminis, ictui proximo inuenit Ceraunius. Græca em̄ lingua κεραυνός fulmen

fulmen dicitur. ¶Igneus æther] Igneus, latinum æther est epitheton, sed græce dicunt ἔμπυρος, quod sonat etiam ignitus. ¶A fulmine non ferietur.] Et eius sortis est Laurus, si Pliu. credimus libro 2. cap. 55. arbor Apollini, qui est fulminifer sacra, unde eleganter Lippius Poëta suæ ætatis primus:

Missa triumphalẽ non tangunt fulmina laurum.
Cingant belligeri tempora læta duces.

Nec domus] Quia finis & medium conueniunt carminis, leoninum dicetur. Si cui aurium sit iudicium, facile notat sonum, non lepidum admodum auditu.

Germania] Plinius habet Carmania libr. 37. ca, 9. quæ est regio orientalis prope Indiam & mare rubrũ, Eius meminit Strabo lib. 3. ¶Cœruleo] Cœruleo id est cæsio, quasi cœluleo: nam cœruleum mare dicitur à cæli colore, quem græci nominãt γλαυκός à noctua, cui talis est color, ait Sipontinus. ¶Pyropo] rubenti, ut splendescit qualitas ignis. ¶Rutiloq; colore] Si in die ceciderit, habet fulgorem sydereum, teste Isidoro.

Sotacus tradit apud Plini. libro 37. cap. 9. Ceraunеas aliquot esse securibus similes, ut his liceat urbes expugnare & classes, easq; Betulos uocari. Aliquot item rotundas Ceraunеas nominatas, quibus nulla uirtus adscribitur. Isidorus tamen, eiusdem operationis utranq; gemmam participem testatur.

Heliotropia 31.

EX re nomen habens est Heliotropia gemma,
Quæ solis radijs in aqua subiecta batillo,
Sanguineum reddit mutato lumine solem,
Eclipsimq; nouam terris effundere cogit.
Deniq; post modicum uas ebullire uidebis,
A spergiq; foras subitæ scaturiginis imbrem:
Vt fit, cum nimbos distillat turbidus aër.
Se quoq; gestanti dat plurima uaticinari:
Imbres de cœlo uocat astringitq; serenum,

† pdicere Atq; futnrarum quædam † prænoscere rerum,
Hosq; bonæ famę, qbus est data, laudibus ornat,
Seruat & incolumes producens tempora uitæ:
Sanguinis astringit fluxum, pellitq; uenena,
Nec falli poterit, lapidem qui gesserit istum.
Tot bona diuino data sunt huic munere gemmę,
Cui tamen amplior ijs concessa potentia fertur:
† iungatur Nam si † cingatur eiusdem nominis herba,
Carmine legitimo, uerboq; sacrata potenti,
Subtrahit humanis oculis queæcunq; gerentem.
Hanc nūc Aethiopes, nūc Cyprus & Africa mittit,
Sanguinis asperfam guttis, similemq; Smaragdo.

Alardus Aemstelre. Ex re nomen habens est] Græci ἥλιον solem dicunt, τροπὴν mutationem cōuersationemue. Plinius ca. 10.37. Causa nominis, quoniam deiecta in uas aquæ, fulgorem solis accedētem percussu sanguineo mutat, & quæ sequuntur. Rhēnius: Hic lapis Heliotropius ē, qui nomine uero Dicitur, inuertit radios nam solis in unda, Si quis eum fusum labris immergat ahenis, Sanguineiq; rubens resplendet luce coloris, Purior ac sole renitet nudatus ab undis. Idem: Gemmaq;, quæ radios immitit candida solis. ¶ Subiecta parillo] Oēs quos uiderim codices habebant aut parillo, aut bacillo, aut patillo, aut Bathyllo, ceu uideatur fieri mentio de Bathyllo adolescente Samio, cuius meminit Apuleius libro secundo Floridorum. Iuuenalis Satyra 13. et Satyra 6. Horatius libro quarto Odarum. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta. Verum ego uel omnibus refragantibus exemplaribus nō dubitem legere batillo, ut sit diminutiuum ἀπὸ τοῦ βάτος. i. cadus, uoce nulli nō nota: ut sit sensus, in aqua subiecta batillo. i. deiecta in uas aquæ. Nec me præterit, quod interpres Origenis Homelia in Leuiticū. 9. ex cap. 16. legit. Et sumet, inquit, plenum batillum carbonibus ignis de altari quod est contra dominum. τὸ πυρεῖον Grę

cè est,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

cè est, quod alij uertunt thuribulum. ¶Astringit fluxum] Eleganter admodum usus est astringit pro densat, cui contrarium est relexat Cicero de natura deorum. Eaq́; tum astringitur, tum relaxatur. Ibidem. Quemadmodum enim reliquię cibi propellãtur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus, haud sanè difficile dictu est. Ouidius 9. Meta. Vtq́; ferũt imbres gelidis concrescere uentis, Inde niues fieri, niuibus quoque mole rotatis Astringi, & spissa glomerari in grãdine corpus. ¶Eiusdem nominis herba] Plinius lib. 22. capite 21. Poëtę fabulantur Clycien Nympham in hanc herbã fuisse conuersam, quod à Sole, cuius amore tenebatur, fuerit derelicta. Attamẽ illa, suum, quãuis radice tenetur, Vertitur ad Solem, mutataq́; seruat amorem. ¶Aphrica mittit] Albertus lib. Mimeralium secundo, eam non in Aphrica sed in India cõtra aliorum sententiam prodidit inueniri. 50

¶Vt Heliotropium circumagitur cum sole, & quocũq́; se mouerit ille, eodem deflectit & hoc cacumen: Ita proceres aulici quòcunq́; regis animus uergit, eò ꝓpendent omnes. Quemadmodum Heliotropium herba semper in eam spectat partem, qua sol est, & eo cõdito florem contrahit: Sic nonnulli ad regis om̃eis nutus obsecundant, & in quodcunq́; uiderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi.

Pli. li. 37. ca. 10. Solin. ca. 39. Alb. li. 2. Trac. 2. ca. 5. ubi Eliotropia scripsit. Arist. in lap. Isid. 16. Quæ solis] Hæc gẽma in obbã aq̃tilẽ uel in batillũ, hoc ẽ, in uasis aliq̃d gen⁹ (nã Pli. uas habet, nõ batill⁹) posita, oppletũ lucida aq̃, radios solis mutat, & ex aëris repcussione obumbrare uidetur radiorum solarium claritatem, & quendam inducere in aëre sanguineum colorem, ac si sol ex interpositione corporis lunaris ad solem, eclipticas pati tenebras uideatur. Et ideo, quia ita uidetur solis posse mutare claritatem, Heliotropia, id ẽ, solis Pictor. Villing.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

auerſo nuncupatur. Hæc Dioſcorid. ¶ Deniq; poſt mo dicum] Hic cum Ariſtotele loquitur poëta, qui Helio tropia, dicit, ſi ponatur ſuper aquam, euaporabit eam. Nam in nebulam reſolui ſcribit Vincentius, quæ poſt paululum, imbrem inducit: unde ſubiungit Marbo-dæus, Imbres de cœlo uocat &c. ¶ Atq; futurarum] Propter quod, templorum pontifices iſto lapide ute-bantur, & maxime in feſtis Idolorum, ſic Albert. 5. ca.

Diuino munere] Habetur in libro de natura rerũ, quòd omnibus gemmis à Deo inſita ſit natiua uirtus.

Eiuſdem nominis herbæ] Magorum impudentię uel manifeſtiſſimum, hoc quoq; eſt exemplum, quòd admixta herba eiuſdem nominis (aliter ſolſequium, uueguuart) Heliotropio, quibuſdã quoq; additis pre-cationibus, gerentem conſpici negent, uide Plinl. lib. 37. cuius hæc fermè uerba ſunt. ¶ Aethiop. Cyprus & Aff.] Sed quoniam horum populorum, inſularum & regionum nomina, & ſitus, ferè omnibus ſunt ob-uia, libuit prǽterire hic. At quis color Smaragdo, uide literam S.

Hepheſtites ſiue Episthites. 32.

NAſcitur in bimari precioſior ære Corintho,
Dictus Hephęſtites, rutilãs lapis & rubicũdus:
Qui ſi feruenti fuerit cõiectus aheno,
Ignibus exultans prius, ilico ſiſtitur unda,
Frigida poſt modicum lapidis uirtute futura.
Fructibus à terræ uolucres arcere locuſtas,
Et nebulas ſteriles, & grandinis improba fertur
Verbera, nec turbo (quos protegit iſte) nocebit.
Ad ſolem poſitus, radios emittit & ignem,
Mirantes oculos perſtringens luce chorusca.
Accenſas idem compeſcit ſeditiones,
Et tutum ſeruat dubia ſub ſorte gerentem:
Pectore ſed memori fixum teneamus oportet.
Qua cor parte iacet, lapides hos eſſe gerendos.

Naſcitur

Alardus Aemstel.

Nascitur in Bimari] Aemulatus est Horatium libro Carminum primo, Ode 7. Aut Ephesum, Bimarisúe Corinthi. Strabo libro 8. Solinus capite 7.

Qui si feruenti] Hic lapis in aquam feruentem missus, continuo tepidiorem eam, & si aliquantulum steterit ibi, omnem ardorem tollens, frigidam eam facit. Hũc cũ aliqs in manu dextra cõtra solem tenuerit, radios emittit, & ignem uomit, ità ut uidentes mirẽtur. Qui uero circa brachium sinistrum eum portauerit, omnes turbas contemnit. ¶ Ignibus exultans] Nimis quã apposita apud Vergilium est similitudo lib. Aeneidos 7. Quæ cum nonnihil ad explicandas huius lapidis uires faciat, ad uerbum subijciam. Nam ueluti cũ flamma sonore Virgia suggeritur costis undantis aheni, Exultantq́; æstu latices, furit intus aquæ uis, Feruidus atq; altè spumis exuberat amnis, Nec iam se capit unda, uolat uapor ater ad auras. ¶ Teneamus oportet] Peruenustus est loquendi modus omisso ut, in id genus orationibus. Cæsar in Commẽta. Iter cautè diligẽterq́; faciat præscribit. Cicero ad Atticum. Tribunum aliquem censeo adeant: à me istam exceptionem nunquam impetrabunt. Verg. libro Aeneidos 7. Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant. ¶ Radios emittit & ignem] Vt quædam corpora lumen solis exceptum suo fulgore uicissim augent atq; illustrant: Ita quidam aliorum fauore commendati, uicissim suis dotibus eos commẽdant. Vergilius libro Aeneidos 8.

Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat late loca, iamq́; sub auras
Erigitur, summiq́; ferit laquearia tecti.

Pictor Villin.

De Hephest. Plin. lib. 37. cap. 10. Albert. lib. 2. ca. 5. sed Epistrites ibi legitur. Dioscorides quoq;.

In Bimari Corintho] In Bimari Corintho ait, q̃-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

niam Isthmos, Peloponesi promontorium, ubi sita est, ab altero latere Ionium, ab altero Aegeum mare habet, de quo etiam Solinus cap. 7. De Corintho scribit multa Strabo lib. 8. Hic imitatur Poëta Horatianum carmen, Ode. 7. primi libri,

Bimarisúe Corinthi Mœnia laudabunt alij.

Preciosior ære.] Ex antiqua gloria Corinthium laudatur æs, cuius sunt tria genera teste Plinio lib. 4. cap. 2. Candidum, quod ad nitorem quàm proxime argenti accedit. Alterum, in quo auri fuluus color cõspicitur. Tertium, in quo æqualis temperies omnium sit.

Dictus Hepesthit.] Hoc est lapis igneus, uel rutilãs nam ignẽ emittit, ut Poëta fatetur. ¶ Sistitur unda.] Caussa huius rei alia esse nequit, nisi quòd frigidissimus est. Quapropter in aquã bullientem proiectus eius motum sistit: nam frigiditas suæ complexionis agere incipit, si testimonium accipimus Alberti.

Locustæ] Locustæ, à locis urendis uocitatæ, inquit Perottus, ob iacturam, quam messibus afferunt, tactu multa urentes. De his scribit Aristoteles de natura anima. libro. 5. cap. 17. & cap. 28. ¶ Sub dubia sorte] Si alea fortuuæ iacta fuerit, præsens & efficax hic lapis est. Nam fortunam (quæ sæpius appellatur sors, & anceps quidem, ut Verg. in Choriambico suo ostendit) multum oppugnat: & ex dubia sorte in indubitatum, & felicem traducit euentum, si circa brachiũ sinistrum portaueris, ait Dioscorides.

Hæmatites 33.

SVmpsit Hæmatites Grẹcum de sanguine nomen,
Naturæ lapis humanæ seruire creatus,
Striptica cui uirtus per multa probatur inesse:
Nam palpebrarum superillitus asperitatem,
Et uisus hebetes pulsa caligine sanat.
† Huius fragmento si glarea mixta sit oui,

† Eius ramantis

Succo

Succo dilutus, quem punica mala remittunt,
In medicinali ueluti collyria cote,
Vel resolutus aqua iuuat hos, qui sanguinis ore
Spumas emittunt, & quæ linit ulcera †sanat. †curat
Potatus stringit patitur quem fœmina fluxum.
Carnes crescentes in uulnere pulueris huius
Vis premit, & uentrem redimet sine more fluentē.
Vino dilutus ueteri, bibitusq; frequenter,
Serpentis morsum, uel quod fit ab aspide uulnus
Egregiè †sanat, resolutus aquis & inunctus: † curat
Mixtus melle potest oculos sanare dolentes.
Vesicæ lapidem bibitus dissoluere fertur.
Hic ferrugineo ruffoúe colore notatur.
Africa mittit eum, sed & Aethiopes Arabesq;.

Alardus Aemstel.

Sumpsit Hęmatites] Contrà syllabæ rationē primam corripit, id quod satis liquet ex disticho quodā Gręcanico, quod extat in Cappadocas de sale immodico, quod in gratiā Ioānis nr̄i Valioleti Zelandi Canonici concionatoris Mittelburgensium latinitate donauimus. καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν ἀλλὰ καὶ αὐτὴ κάτθανε γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου .i. Noxia Cappadocem mordebat uipera salsum, Pestiferum gustans sanguinē, & ipsa perit. ¶ Græcum de sanguine] αἷμα Gręcis sanguinem esse nemo non nescit. Plinius lib. 37. ca. 10. subindicat à sanguineo natiuo eius colore nomen inditum. Solinus capite quadragesimo tertio.

Naturæ lapis humanæ] Rodolphus Agricola libro de Inuentione Dialectica primo, capite de adiacētibus. Vt in Magnete colorem quidem & figuram uidemus, uim qua ad se ferrū rapit, intellectu depręhēdimus; Sic in Hæmatite, sic in Smaragdo, alterius ruborē, alteri⁹ uirorē oculis est cognoscere: causam autē qua hic īpudicitiæ impatiēs est, ille sanguinē sistit, sola mēs ꝑspexit. ¶ Si glarea mixta sit oui] Glareā uocār

terram

terram ſiccam & ſterilem, quæ reperitur in ripis fluuiorum, & littoribus maris. Vergi. Nam ieiuna quidē lincoſi glarea ruris. Gierony. in Hilarione. Arenis in ſaxa dureſcentibus aſperatur paulatimq́ cohæreſcēs ſibi glarea perdit tactum, cum non perdit aſpectum. Idem alicubi. In terra aurum quæritur, & de fluuiorum alueis ſplendens glarea profertur. ¶Collyria] Collyria ἀπὸ τοῦ κολλούριον, quam uocem dictam putant ab his, qui trūcatam habent caudam, & hoc loco, ut in Apocalypſi, cap. 3. Phœmaci genus, Horatius: Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. Sic dicim9 uulgò: Imperiti medici ad omnes oculorum dolores uno utuntur collyrio. ¶Et potus ſtringit] An legendum? Potatus ſtringit. Plin. lib. 36. cap. 20. Siſtit profluuium mulierum potatus. ¶Africa mittit eam.] Plin. eodem, quem modo citaui lib. & cap. item.

Pictor. Villing.

De Hęmatite Plin. lib. 37. cap. 10. & li. 36. ca. 20. Soli. cap. 42. Galenus lib. 9. ſimplicium in cap. Sedeneg. Serapio aggregat. capite 421. Albertus lib. 2. cap. 5.

Hæmatites] Hæmatites inquit Platearius, quia Hæma ſanguis, tites ſiſtens dicitur: habet enim ſtringendi fluxum ſanguinis, uirtutem, Ein blut ſtein. Aliter ſanguis draconis, Auicenna. ¶Stiptica uirtus] Eſt conſtrictiua: nam ut hoc loco poëta ſcribit, & Alberto teſtante, ualet cōtra fluxum ueſicæ, uētris, menſtruorum, & hebetes oculos ex humida cauſſa confortat & ſanat. ¶Punica mala] Punici mali nouē genera ſunt: ex his, dulcia quæ apyrana alio nomine dicuntur, ſtomacho inutilia habentur: inflationes enim pariunt, dētes, gingiuasq́ lædunt: Quæ uerò ſapore maxime uinoſo ſunt, paruum nucleum habentia, utiliora intelliguntur: nam aluum ſiſtunt. dicit, Plin. cuius uerba hæc ſunt lib. 23. cap. 6. Et horum ſuccum Poëta intelligit circa Carthaginem cognomen acceperunt: aliqui Gra

natum

natum appellaut, eodem dicente libro 13. cap. 19.

Collyria] Medicamenta oculorum, collyria appellant: Cornelius autem Celsus, tam oculorum quàm fistularum, collyria uocat, ut apparet in 5. lib. suæ medicinę. ¶ Aspidis uulnus] Aspis, ut apud Isidorum inuenies lib. 12. cap. 4. anguis est morsu uenenato perniciosissimus. Eius diuersæ sunt species, dicit, ut est Hypnalis, qui somno necat: quem Cleopatra sibi apposuit, ut morti sic quasi somno satisfaceret, ut est Seps, & Hæmorrhois &c. Cum sentit incantatorem Aspis, qui eã carminibus euocet de cauerna, unam aurẽ in terram premit, alteram cauda obturat, & sic magicas uoces obaudiens, non exit, de his & Plinius lib. 8. cap. 23.

Vesicæ lapid.] Qui est durior & maior, ualde declinans ad albedinem: cum lapis renum sit læuior & minor, declinans in albedinem, sic Auicenna.

Affrica mittit] Hæmatitis genera quinq; , præter Magnetem, tradit Sotacus apud Pliniũ. Ex his principatum Aethiopico dat, oculorum medicamẽtis utilissimo: Alterum uocari dicit Androdamanta, colore nigro, pondere & duritia insignem: & inde nomen traxisse, præcipueq; in Africa repertum. Ad se aut argentum, aut æs, ac ferrum trahere, sanguineum colorem reddere, & ad iecinoris uitia, præcipui remedij. Tertium genus Arabici facit, duritia simili, uix reddentis succum ad cotem aquariam, aliquando croco similem. Quarti generis Elatiten uocari dicit, quàm diu crudus sit, inutilem: coctum uerò utilem ambustis. Quinti generis Schistos, hęmorrhoidas reprimit. In totum autem Hæmatitas omnes, tritos in oleo trium drachmarum pondere, à ieiunis sumendos ad uitia sanguinis. Hæc ex libro 36. cap. 20.

Abestos 34.

ARchadiæ lapidem tellus producit † Abeston † Ebeston
Ferreus huic color est, naturæ mira potestas.

Nam

Nam semel accensus conceptos detinet ignes,
Extinguiq; nequit, collucens perpete flamma.
† Ebeston. Hinc & apud Græcos † Asbeston dicitur inde,
Quòd semel accensum, iam nonextinguere posses.

Alardus Aemstel. Arcadiæ lapidem] Plinius libro 37. capite 10. So-
linus capite 12. ¶ Tellus producit Ebeston] Omnes
quos uiderim codices sic habebant, uerum uel omnibꝰ
refragrantibus, non dubitem legere. Producit Asbe-
stos. ¶ Hunc & apud Græcos Ebestõ] Rursus idẽ mẽ-
di, cuius loco substituimus Asbestus. Rhẽnius. Hic me
rulas perhibent albas, mirabile dictu: Hic nasci lapi-
dem, qui tacto accẽsus ab igni, Extingui nequeat, quẽ
Graij nomine uero Asbestum memorant, ferri nitet il
le colore. Illud notius, q̃ sit pluribus inculcandum no
men lapidis huius ab effectu sumptum, quod Græcis
ἄσβεστος dicitur, quasi inextinguibilis, ἀπὸ τοῦ σβέω. καὶ ἀ
στερητικοῦ. Copiosius istam rem prodidit D. Augustinus
lib. 21. Ciuitatis diuinæ, cap. 5. Bernardus Homilia 2.
de uirginibus. Asbestus lapis talis fertur naturæ, ut se
mel accensus inextinguibiliter ardeat, igni lapide in-
hærente, nec tamen consumente. Tali modo ignis ille
sulphureus inflammabit inimicos domini. Lege Plin.
caput primum, libro 19. de lino Asbestino: & Strabo-
nem in 10. de lapide Caristio. Huc refer, quod est apud
Rhennium de Medica herba: In quorũ terris quas Põ-
ti profluit unda, Ignipotẽs oleo commixto gignitur
herba, Medica cui nomen, cuius compescere flammas
Si quis aqua cupiat, plus ignem pascit in illa: Pulueris
hunc iactus potis est extinguere solus. Eodem spe-
ctant quæ Plinius libro 36. capite 19. narrat de Ami-
anto lapide. Basilius magnus sermone primo de Ieiu-
nio. Est enim natura corporis cuiusdam, quod Amian
tum uocãt, indomitus igni, in quo positum ardere q-
dem, & in carbonem uerti uidetur: Extractũ uerò mo
re aquæ splendens, purius longè atque prius erat, ful-
gen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

gentiusq; fit. Talia autem trium puerorum corpora il lorum apud Babylonem.

Pictor. Villing.

De Abesto Plinius libro 37. capite 10. Asbestō habet. Solinus capite duodecimo. Albertus libro secundo. Mineral. tract. 2. capite primo. Isido. libro 16.

Abestos ab igne sortitus est nomen Abeston, eo q̃ semel accensus nunquam extinguitur. Ex hoc lapide in Veneris quodam templo factum est candelabrum, in quo erat lucerna, sic ardēs, ut nulla tempestate, nullo imbre extingui posset, sic scribit Isidorus libro. 16. Hoc etiam ex natura lanuginis salamandræ quam cōmunē habet cum Apisto. Vnde pluma quoq; Salamandræ nomen accepit iste lapis, dicit Albertus.

Pęanites siue Pęantis. 35.

Gignitur in Macedum regione lapis Pæanites,
Fœminei sexus referens imitando labores,
Sed quibus ex causis dubium: nam tēpore certo
Concipit, & parit, & parientibus auxiliatur,
Vltima quas † urget dubij discriminis hora. † uexat

Gignitur in matrum] Et hic locus non uno modo fuit corruptus, alij codices habebant mateum, alij mitheum: Non succurrentibus exemplaribus, ità legendum arbitror. Gignitur in Macedum. Solinus cap. 12. Macedonia lapidem gignit, quem Pęantidē uocant, hunc eundem & concipere, & parere, & parturientib⁹ opitulari fama prodiga est. Plinius cap. 10. lib. ultimi Pæantides, inquit, quas quidam Gemonidas uocant, prægnantes fieri & parere dicuntur, moderiq; parturientibus, & quæ his isthic similia sequuntur. ¶ Regione lapis Pæanites] Nec hic q̃q; uersus satis legitima constat structura. Quid si ita mutes? Et Pæaniten lapidem Macedonia gignit. Rhennius: Concipit & parit hic naturę munere gēmā, Quā Pęanitē p̄hibēt: p̄gnātibus ista, Auxiliū cōfert facilis releuamine partus.

Picto-

Pictor Villing.

De Peanite, Plinius libro. 37. cap. 10. qui Peantitē nominat, Solinus cap. 14. Anglicus lib. 19. Albert. li. secundo, capite 14. sed Peranites scribit.

Peanitē quidam Gemonidam appellitant, ait Plinius, & species ei est aquæ glaciatæ.

In Macedum regio.] In Macedonia iuxta monumentum Tyresiæ inuenitur. Plinius.

Sagda. 36.

Difficilis gemmas super omnes Sagda repertu,
Nunquam sciretur, nisi se daret inueniendam:
In medio siquidem †natus lapis iste profundo, † incautas.
Naues ui quadam petit è regione meantes,
Et prælabentis tabulis hærendo carinæ,
Ad portum † trahitur maris, ignaris data nautis. † uehitur
Est autem morsu tabulæ sic fixa tenaci,
Quod nequit abrasa ligni sine parte reuelli.
Huic prasius color est, regio Chaldaica tellus.

Alardus Aemstel.

Difficilis gemmas.] Plinius capite 10. lib. ultimi. Solinus capite 50. Cuius sententiam ut sæpè aliâs, ità & hic potissimum æmulatur Marbodæus. ¶Prasinus huic color est] Haud dubium est, quin legēdū sit, Huic prasius color est. i. uiridis, ἀπὸ τοῦ πρασίζω, quod significat uiresco. Sidonius Saphiratos. Flectit per prasium uitrum lapillos.

Pictor Vil.

De Sagda Pli. li. 37. ca. 10. Solin. ca. 50. Alber. li. 2. ca. 17. sed pperā Sarda ibi legit. Vincent. li. 9. ca. 95.

Morsu tenaci] Sicut Magnes ad ferrum se habet, ita Sagda ad lignum. Alber. ¶Prasinus color. i. uiridissimus, ut Siluat. Pādect. ca. 579. à colore foliorum porri. πράσον enim græcè, latine porrum. Ibidem:

Chaldaica tellus] Chaldęa est regio orientalis, quę & Babylonia dicitur, ab urbe Babylone, de hac Strabo Gęograph. libro decimosexto.

Medea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

AST in Medorum regione lapis reperitur,
Quē † Medū uocitāt, mortis dator atq; salutis. † Medeam
Nanq; super cotem mulieris lacte solutus,
Quæ semel atq; marem peperit persanat inunctus
Visu fraudatos multo iam tempore cæcos:
Cos medicinalis, uiridis solet esse coloris.
Lacte solutus ouis, semel atq; marem parientis,
Expellit ueterem simili ratione podagram,
Et fessas reficit sub anhelo pectore fibras:
Hoc & nephritici sanescunt unguine renes,
Debet in argento mixtus uitroúe reponi,
Ieiunoq; dari, sic utile fit medicamen.
At resolutus aquis cotis sibi fragmine mixto,
Et porrectus ei tibi quem decreueris hostem,
Vt lauet inde suam, quasi pro medicamine frōtem,
Obducet miseros extincto lumine uultus:
Si potum dederis uomito pulmone peribit,
Hic totus niger est, sed non † est nigra potestas: † ingram
Candida, dum prodest, dum lædit, nigra uocetur.

Alardus Aemstel.

Quem Medeam uocitant] Vergilius libro secūdo Georgicorum de malo medica. Flos apprime tenax, animas & olentia Medi Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis. Idem in eodem libro. Et gens illa q. dem sumptis non tarda pharetris Media fert tristes succos. Plinius libro 37. ca. 10. Medea nigra est à Medea illa fabulosa inuenta: habet uenas aurei coloris, sudorem reddit croci, saporem autem uini. Rhennius: Ad Nothon inclinant Medorum rura tenentes, Medea huic fugiens dederat cognomina terræ. Huic Medi uarios usus nouere ueneni, Quorum per multas spatiū diffunditur oras. Hæc generat Narcisliten oriente sub ipso, Qui lapis est fuscus. ¶ Nanq; super cotem mulieris] Hic lapis tritus in coctura medicinali cum lacte

mulieris, quæ semel puerum primo partu ædidit, & unctus, albugines oculorum curat, & omnem illorum dolorem, etiam si fuerit desperatus. ¶Quos medicinalis] Mira uerborum portenta huc irrepserunt, nempe hos, quos & dos. Fortasse legendum est, Cos medicinalis. ¶Hoc & Nephritici[νεφρῖτις, hoc est renum adfectus, aliquando ex innato lapide, aliquando ex apostemate, aut ulcere, dolor non dissimilis colico, cõtingit etiam ex eorũ imbecillitate tenuis sanies, ac quasi sanguinis mixtio. Sũt qui legant phrenetici, sed male. Est autem Phrenesis morbus lædens mentem, & ad insaniam furoremq́ deducens, & à cordis uitio nasci putatur. Serenus Samonicus. Ex cerebri uitio phrenesis furiosa mouetur, Amissasq́ refert frendens amentia uires. Iuuena. satyra 14. Quum furor haud dubi⁹, quum sit manifesta phrenesis. ¶ Et porrectus ei, tibi quem decreueris hostem] Simile quiddam refert Suetonius in uita Domitiani. Tempore quoq́ suspecti periculi appropinquante solicitior in dies, porticuum in quibus spatiari consueuerat, parietes Phengite lapide distinxit, è cuius splendore per imagines quicquid à tergo fieret prouideret. ¶Candida dum prodest] Hac gemma, sicut alijs rebus utimur, uel ad salutem, uel ad perniciem. Nam ut inquit Ouidius libro secundo Tristium: Igne quid utilius? si quis tamẽ urere tecta Comparat, audaces instruit igne manus. Eripit interdum, modo dat medicina salutem: Quemq́ iuuet monstrat, quæq́ sit herba nocens.

Pictor. Villin.

De Medo Dioscorides in proprio capite. Plini, lib. 37. capite 10. Albert. lib. 2. cap. 11.

Medus à regione Medorum ubi plures inueniuntur nomen habet, ut scribit Albertus. Plinius autem à Medæa fabulosa Mediam dicit uocari. De Media habes apud Strab. lib. 11. Isidor. autem Myrrhiten nomi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

nat, quia myrrhæ color est in eo. ¶Mortis dator atque salut.] Est duplicis potentiæ Medius, bonæ scilicet & malæ. Nam tritus in coctura medicinali cũ lacte mulieris, quæ semel puerum primo partu ædidit, & unctus, albugines oculorum curat, & omnẽ illorum dolorem. Podagricos eodem modo, cum lacte ouis quæ semel genuit masculũ, curat. Verum si quis ex eo bibe rit, pulmonem euomet, Sic notauimus ex Dioscorid.

Veterem podagram] Quæ aliter nequit curari iuxta illud Ausonij:

Non est in medico semper reueletur ut ager,
Interdum docta plus ualet arte malum.
Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Nephretici dicuntur, quibus dolent renes. Nephritis enim passio renum est seu morb⁹, qui inter acutos numeratur, Vide L. Cœlium lib. 2. cap. 36. ¶Debet in argento] Hoc medicanem præparatum habeas in uase uitreo uel argenteo, iuxta Dioscor. ¶Cotis fragmine mixto] Et cotis alia uis est: nam fricatio illius prohibet augmentari mammillas puellarum ante tẽpus, & testiculos puerorum, quia infrigidat, sic Auicen.

Non nigra potestas] Id est, non mala & infelix ex toto, quia rite utentibus cõducit, Vide tamen Erasm. Chiliad. in prouer. Albus an ater sis nescio: ubi solito more quid albus, quid niger color significat, digito monstrat.

Chalazia 38.

Est quæ candorem fert grãdinis atque figuram,
Ictibus omnimodis inuicta Chalazia gemma,
Eius naturæ uis tanta probatur, ut omni
Tempore frigida sit, nulloque calescat ab igne.

Alardus Aemstel.

Est quæ candorem] Sumptum est nomẽ ἀπὸ τῆς χαλάζης. i. à grandine, quod grandinis candorẽ figuramque plu

rimum imitetur. Plin. lib. 37. ca. 11. Chalazias, inquit, grandinum & colorem & figuram habet, adamantinæ duriciæ, narrant etiã in ignẽ additę manere suũ frigus. Solin. cap. 44. Huc adde quod est apud Rhẽnium de fonte quopiam. Hæc regio fontem mirandæ concipit unde, Quem meritò ueteres dixerunt nomine sacrum: Nam gelidus superat cunctarum frigus aquarum, Accẽsasq; faces, si quis prope duxerit undam, Extinguit flammas, recipit sed rursus easdẽ, Admoueat dextra cum extinctam lampada fonti.

Pictor. Villing.

De Chalazia Plinius libro 37. cap. 11. Solinus. 50. Albertus lib 2. cap. 7. sed male ibidem Gelosia legitur.

Calescat nullo tempore] Est tantæ frigiditatis, ut ab igne uix uel nunquam calefieri possit. Caussa autẽ est, nimia pororum constrictio, quæ ignem ingredi non permittit, Albert. ¶Hunc lapidem iram & luxuriam, & cæteras huiusmodi calidas passiones & desideria mitigare Albertus scribit.

Hexecontalithos 39.

HExecontalithos lapis ex re nomen adeptus,
Quod sexaginta modico gerit orbe colores:
Corporis exigui numero dispendia supplet.
Dum tot gemmarum fert gemmula sola decorẽ.
In Lybia lapis hic reperitur apud Troglodtyas.

Alardus Aemstel.

Hexecontalithos lapis ex re] Porrò is lapis ita dictus est, quod sexaginta gemmarum colores in se habeat. Græci enim ἑξήκοντα sexaginta, & λίθον lapidem dicunt. Plin. cap. 10. libri ultimi. Hexecontalithos, inquit, in parua magnitudine multicolor, hoc sibi nomẽ adoptauit. Reperitur in Troglodytica regiõe. Solin. capite quadragesimoquarto, sub calcem.

Pictor. Villing.

De Hexecon. Solinus capite 43. Plinius libr. 37. capite 10. Alber.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

10. Albertus libro 2. cap. 5. Apud Anglicum Excoliceros scriptum, sed perperàm.

Execonta, id est, sexaginta, unde sibi hoc nomen adoptauit, scribit Plin. 37. ¶ Troglodytarum regio quæ sit, quæras. 11. capi. Carbuncu. Nocet, inquit Albertus uehementer neruis: propter quod etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

Chelonites 40.

INdica testudo lapidem mittit Chelonitem,
Gratum, purpureo uarioq; colore nitentem:
Quem si sub lingua, loto quis gesserit ore,
Posse magi credunt hunc diuinare futura,
Orto mane die sextam duntaxat ad horam,
Tempore quod lunæ succrescere cernitur orbis.
Sed luna prima, lapidis prædicta potestas
Totius fertur spatio durare diei.
Quintæ post decimam concordant tẽpora †lunæ: †primæ
At decrementi lunaris tempore toto
Ante diem tantum lapidi manet illa potestas.
Est etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

Mittit Chelonitẽ] χελώνη Græce dicitur testudo: cũ igitur scribatur per ω, oportuit antepenultimam esse productã. Vide in Chiliadibus. καὶ τὴν σφιάν νικῶνται χελῶναι. ¶ Posse magi credunt] Plin. lib. 3. cap. 10. Chelonia oculus est Indicæ testudinis, uel portentosissima magorum mendacijs. Alardus Aemstel.

De Chelonite Pli. lib. 37. cap. 10. Albertus libro 2. cap. 3, sed male scriptum est Celontes. Vincentius libro nono cap. 54. Silua. Pandect. cap. 402. Pictor. Villing.

Indica testudo] Testudines tantę magnitudinis Indicum mare emittit, ut singularum superficies, habitabiles casas integant, atq; inter insulas rubri maris præcipue his nauigent cymbis: dentes nõ habent, sed dẽtium loco sunt illis rostri, ad margines acuti, superna parte inferiorem clandente, pyxidum more: pariũt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

oua, auium ouis similia, ad centena numero: Educant fœtus annuo spatio. Plin. lib. 9. cap. 10. ¶Chelonites est testudo: ut autem in gallo est Alectoria, sic Chelonites in testudine. Plin. tamen ait, ꝗ Chelonia sit oculus indicæ testudinis, sic enim uocat hanc gemmam.

Magi credunt] Quos Aegyptij prophetas, eos Latini sapientes, Persæ magos, Græci philosophos, Indi gymnosophistas, Assyrij Chaldæos dicunt, author est Strabo. ¶Prima luna] id est, luna silente, cum minime lucet uel cum est lunæ coitus: quem quidam interlunium uel nouilunium, quidam Neomenias dici uolunt, quando luna conuenit cum sole, & in orbem circumacta. ¶Quintæ post] Et decima quinta dies concordat primæ nouilunij.

Prasius 41.

COnspicuis Prasius gemmis solet annumerari,
Sed non est carus: contentus quippe decore,
Vtile nil affert: nisi quod uiret, & decet aurum.
Altera sanguineis species est illita † uenis,
†guttis ‡figuris Tertia candidulis tribus est inscripta lituris.

Alardus Aemst.

Conspicuis prasius] Huic lapidi atq; gemmæ inditum est nomen ἀπὸ τοῦ πρασοῦ. i. à porro, siue ἀπὸ τοῦ πρασίζω quod significat uiresco. Viridis color maxime recreare oculos existimatur. A uiriditate succi foliorũ porri, quæ summa est Prasius dicitur. Hinc uestis è uiridi lana prasina uocatur. Plaut⁹. Prasina, coccina, tyria, focale, soccos, monilia misit. ¶Altera sanguineis species.] Plinius libro 37. capite octauo. Viridantium & alia plura sunt genera, uilioris est turbę prasius, cuius alterum genus sanguine abhorret, tertium uirgulis tribus distinctum est cãdidum. ¶Tribus est inscripta lituris] Aliâs figuris. Plinius habet uirgulis. ¶Quod uiret & decet aurum] Vt gemmæ omnem prope decorem inde accipiũt, ꝗ auro intextæ natiuos colores rutilo

tilo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

tilo illius fulgori permixtos, incredibili suauitate de se diffundunt: Ita summa ista & uere gemmea studia, Theologiæ dico, & iurisprudentiæ (medico enim sufficit puritas sermonis) horrida mihi esse uidentur & squalida, nisi aurea dicendi facultate uestiantur. Silius libro octauo: Et fuluo micat ignea gemma monili.

Pictor. Villin.

De Prasio Plinius libro 37. ca. cap. 8. Specul. nat. libr. nono. cap. 81. Albertus lib. 2. cap. 14.

Prasius colorem habet qualem prasion, hoc est, Marubium, unde tale nomen sortitur, Albertus. ¶ Expertum est quod confortat uisum, & quasdam Iaspidis, & quasdam Smaragdi habet operationes, sic Albertus.

Crystallus 42.

Crystallus glacies multos durata per annos,
Vt placuit doctis, qui sic scripsere, quibusdam,
Grandinis antiquæ frigus tenet atque colorem:
Pars negat, & multis perhibent in partibus orbis
Crystallum nasci, quas nec uis frigoris ulla,
Nec glacialis hyems, unquam uiolasse probatur.
Sed certum cunctis, nec stat dubitabile cuiquam,
Quod lapis hic soli subiectus concipit ignem,
Admotosque sibi solet † hic accendere fungos. † hinc
Hunc etiam quidam tritum cum melle propinãt
Matribus, infantes quibus assignantur alendi,
Quo potu credunt implerier ubera lacte.

Alardus Aemstel.

Crystallus glacies] Græci κρύος frigus uel gelu dicunt, στέλλω contraho: atque ita Crystallus non nisi cõcretum gelu esse dicitur. Est enim Crystallus aqua à niue solidius latiusque concreta, eam κρύσαλλον Græci appellant. Autor Aul. Gellius cap. 5. 11. Statius primo Syluarum: Raraque lõgæuis niuibus Crystalla gelari. Propertius libro quarto. Crystallusque tuas ornet aquosa manus. Claudianus. Qua frigoris arte Torpuit, & ma

duit prodigiosa silex. Idem: Actus honor, liquidi crescunt miracula saxi, Et cõseruatę plus meruistis aquę. Idem: Possedit glacies naturæ signa prioris, Quæ sit parte gelu, frigora parte negat. Soles lusit hyems imperfectoq́ rigore, Nobilior meris gemma tumescit aquis. ¶Multos durata p annos.] Augustinus in præfatione Psal. 147. Crystallus est indurata nix. Idem in tertia quinquagena, in Psalmum 146. Mittit Crystallum sicut buccellas. Creditur enim Crystallus durata per multos annos, & nonresoluta niue congelascere, ut resolutio non facilis sit. Niues præteritę hyemis facile dissoluit æstas adueniens: Non enim eis ad confirmandam duriciem accessit annositas, ubi autem niues multæ per annos multos super inuicem missæ fuerint, & copia sua uiolentiam æstatis euicerint, non æstatis unius, sed multarũ, præsertim in his terræ partibus, in quibus Aquilonia plaga, ubi nec æstate sol feruentissimus inuenitur, ipse diurna & annosa duricia reddit hãc speciem, quæ Crystallum dicitur. Idem ibidem: Crystallũ est nix glacie durata per multos annos, ità ut à sole uel igne facile dissolui non possit. D. Gregorius super primum Ezechie. Habet, inquit, aqua ex se fluiditatem, sed per frigoris uehemẽtiam in Crystalli conuertitur firmitatem: unde in Eccle. scribitur. Flauit uentus Aquilo, & congelauit Crystallum.

Quas non uis frigoris] Diodorus Siculus sub finẽ libri tertij. Crystallus, inquit, lapis ex aqua oritur pura, congelata, nõ quidem à frigore sed diurna caloris ui, qua duriciem seruet, uariosq́ colores suscipiat.

Accẽdere fungos] Origo fungorum (teste Plinio) est ex pituita arborum. Sunt autem multa fungorum genera. Horatius libro secundo Sermonum. Pratensibus optima fungis Natura est. Ouidius lib. quarto Fastorũ: Aut uirides maluas, aut fungos colligit albos. Martialis. Sunt tibi Boleti, fungos ego sumo suillos.

Plau-

Plautus Bacchi: Terræ odium ambulat, iam nihil sapit, nec sentit, Tanti est, quanti est fungus putidus. Idẽ in eadem Comœ. Adeon me fuisse fungum, ut qui illi crederem. ¶ Vt placuit doctis] Plinius libro 27. capite secundo. Contraria huic causa Crystallũ facit gelu uehementiore concreto, nec aliubi certè reperitur, quam ubi maximè hybernæ niues rigent, glaciem'q; esse certum est, unde & nomen Græci dedere, cui sententiæ refragatur Solinus capite uicesimoquinto, eo'q; in Cypro & Alabanda regione, Asiæ locis admodum calidis generetur.

Pictor. Villing.

De Crystallo Plinius libro 37. cap. 2. Solinus cap. 24. Isidorus lib. 16. cap. 13. Gregorius in Ezechie. cap. 1. Alber. libro 2. cap. 3. Anglicus lib. 16.

Crystallus glacies] Crystallus lapis est ex aqua purissima, sub terra congelatus per multos (uidelicet triginta) annos, teste Philosopho. Vnde græcùm nomen habet κρύσαλλος, id glacies sonat. ¶ Vt placuit doctis] Diodoro, A. Gellio ex Aristotelis libris, & Senecæ naturalium quæstionum lib. 3. Et Ecclesiastico cap. 43. Aquilo flauit & gelauit crystall⁹ ab aqua, & Pli. li. 37.

Frigus tenet atq; calorem] Absq; calore legendum censeo, dicit enim Pli. coloris impatiens est, nec aliud quàm frigidum ferre potest Crystallus. ¶ Pars negat &] Arnoldus cuius frequenter meminit Vincentius in Speculo suo, homo nõ indoctus, in libro de lapidibus, Crystallum non uehementia frigoris in glaciem conuerti scribit, sed potentia terrestri indurescere, instar aquæ congelatæ: Cum & hæc in regionum partibus etiam reperiatur, ubi solis ardor uehemẽtissime æstuet, cuius opinionem nõnihil comprobat Solinus. Facile tamen crediderim ex glacie lapidem formari, præsertim cum aliquando pluuialis aqua non frigoris rigore, sed terræ in quam ceciderit proprieta

te,& etiã lignum,in lapides transformentur. Huius ſi gnum eſt lapis qui Corallius dicitur, qui abſq; dubio de lignis generatur & plantis. Scribit Albertus, q̃ ali quando arbor in quam aues nidificarint, cum auibus in mare aliquod iuxta ciuitatem quæ eſt Lubicenſis, ſit ui & impetu uentorum de littore deiecta, unde for taſſis propter aquæ conditionem, & arbor & aues la pidum tulerint ſortem. Et aliud cui fidem adhiben dam cenſet: In Gotthia, inquit, fons eſt, quicquid huic immittitur, lapideſcit: Vnde imperator Fridericus, rei incredulitate perculſus, chirothecam anulo ſigna torio notatam (ut probaret ſi quid ueri eſſet) immiſit, quæ ex illa parte quæ fuerat immiſſa, paucis dieb⁹ la pidea cum ſigno eſt reperta. ¶ Accẽdere fungos] Ocu lo ſolis ſubiecta fungos accendit, ſi frigida eſt: calida eñ nihil operatur, dicit Plin. ¶ Implerier ubera la cte] Si lac fluere deſierit ex calida cauſa, ut ſcribit Iſi dor. li. 16. ¶ Sumptus in potu, ualet cõtra Colicã & ui ſcerum paſſionẽ: ſi non adſit cõſtipatio, eodẽ dicente.

Galactis ſiue Galactites. 43.

NEc minus & cineri ſimilem Galactida dicunt,
Cum mulſo tritum, lac multiplicare bibenti:
Si tamẽ antè cibos fuerit poſt balnea ſumptus,
Aut ouis ex grauidæ lana traducere filum
Pertuſo lapidi decet, & circundare collo,
Sic ſe portantis fœcundet ut ubera lacte.
Dat facilem partum ſimili ratione ligatus
Ad femur illius, quæ parturiendo laborat.
At ſi mundato circumſpargatur ouili,
Cum ſale mixtus aquæ, ſolis redeuntis in ortum,
Lacte replentur oues, ſcabieſq; fugatur ab illis.
Præterea tantis ueteres hunc laudibus ornant,
Vt bona cuncta putent ſolum præſtare gerenti,
Quæ ſimul à reliquis cuncta uirtute darentur.
Sed turbat mentem, ſi clauſus in ore liqueſcat.

Hunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Hunc mittit Nilus, producit & hunc Achelous,
Lactis dat succum tritus, lactis'que saporem.

Nec minus cineri similem] Dioscorides. Galactites lapis colore cinericeus est, gustu dulcis, sic dictus, quia tritus colorem lacteum emittit. ¶Galactida dicunt] Plinius libro 37. cap. 10. Galactites ex uno colore lactis. Eandem dicunt leucogeam & leucographiam appellant, & symphitem, lactis succo ac sapore notabilem, in educatione nutricibus lactis fœcunditatem, infantium quoque alligata collo saliuam facere dicitur, in ore autem liquescere: eandem memoriam adimere dicunt, mittit eam & Achelous amnis. Hæc ille. Solinus capite duodecimo. Sumpsit autem nomen ἀπὸ τοῦ γάλακτος id est, à lacte, quòd lacti assimiletur plurimum. Quod γάλα Græcis dicitur lac testatur Homerus quoque Odysseæ χ. ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι δ’ εἴκελον ἄνθος μῶλυ δὲ μιν καλέουσι θεοί. id est, Radice est nigra, prorsus flos lacteus illi, Quam moly uocitant superi. ¶Cũ mulso] Lege Diosco. li. 5. ca. 8. ¶Scabies'que fugatur ab illis] Aliâs, scabies'que maligna fugatur. ¶Lactis dat succũ] Rhenius. Galactitem ripis ostẽdit in altis, Vberib' pdest, nec nõ infantibus idẽ, Et si quis terat hunc, albescit lacte liquescens. Alardus Aemstel.

De Galact. Pli. li. 37. ca. 10. Solin. ca. 12. Auicẽna li. 2. ca. 47. cui labis hic lacteus dicit, Marbodæo cineri similis. Siluaticus aũt, ex uno lapide, qui lacteus dicit à qbusdam, à quibusdã cinerius dicitur, duos fecit, fortassis non admodum de industria. Albert. lib. 2. cap. 7. Galaricidem uel Galaractiden nominat. Aristote. in lapidario suo, etiam de hoc quædam. Pictor. Vlling.

Galactita] Est hic lapis colore & etiã sapore lactis instar, dicit Plin. Vnde lacteus nomẽ habet teste Isidoro. Sed Dioscor. inqt, Lætheus dicitur, qa præcedẽtia mala ducit in obliuionẽ: unde mulierem abs'que labore parturire facit, doloris uidelicet oblitã pcedẽtis part'

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Tritum mulsa] Mulsa hydromel est, inquit Grapaldus, quod Plin. dicente lib. 31. cap. 6. appetentibus ægris uinum, datur, ueluti innocentiore potu. Hydromelis rationem quære apud Plin. lib. 14. cap. 17.

Solis redeuntis in ortum] Vesperi sol maturat in ortum, hoc est in locũ unde exierat mane. ¶ Scabiesq; fugatur] Austrinos uentos Landimus docet scabiem inferre ouibus: At Petrus Valla Placentinus illis obesse tineas affirmat, indeq; dicit tineanas oues à Plauto in Bacchidibus. ¶ Præterea] Tali elogio hunc lapidem commẽdat Dioscorides, scribens, si in fascia portetur, pellit dolorem dentium. Et si quis secum portauerit, qui principem uel alium offensum habeat, in obliuionem adducat principis uel alterius aduersantis iram, & dominum suũ ex toto reddat omnibus amabilem. Item Aristoteles, lapis hic, dicit, dum ponitur contra incendium, ignis extinguitur. Collo quoq; alligatus, saliuam aufert. autor est Plin. libr. 37. ¶ Nilus ab ultimis Aethiopiæ finibus fluit ad Septentrionem, dicit Strabo 15. lib. Præclara quoq; est Auicennę de hoc sententia, qui Nilum, inquit, ita laudo, ut bonitatis excellentia, paucis admodum comparari possit fluminib9. Nam mulierum partus insigniter adiuuat, unde & huius lapidis uim, quam in nixu mulierũ refert, uenire auguror. ¶ Achelous] Sunt fluuij Ionium irrumpentes sinum, & in Austrum uergentes, Inachus, Achelous & Euenus, Strabo lib. 7.

Orites 44.

LAetiferos morsus niger atq; rotundus Orites,
Quos fera, uel cornu, uel sęuo dente peregit,
Cùm roseo mixtus perfectè curat oliuo.
Per uastas heremos, interq; feras gradientes
Illęsos seruat, morsus abigendo ferarum,
†Hic †Qui uiret, & maculas albas habet, alter Orites
Casibus aduersis portatus ubiq; resistit:

Tertius

Tertius asseritur famæ grauioris Orites,
Altera pars cuius crebris nimis aspera clauis,
Altera lęuior est, † duri quasi lamina ferri. † corpus
Hic facit appensus ne fiat fœmina prægnans:
Aut ut si prægnans fuerit, cito fundat abortum.

Alardus Aemstel.

Lætiferos morsus.] Plinius capite 10. lib. ultimi. Orites globosa specie, à quibusdam & Sideritis uocatur, ignẽ nõ sentiens. ¶ Per uastas eremos] Scđa producitur, tametsi Prudentius etiam corripiat. Excidit ergo animis eremi sitis.

Pictor Villin.

De Orite Plinius libro tricesimoseptimo, capite 10. Vincentius libro nono capite 89. Alber. lib. 2. ca. 13.

Orites, uocatur à quibusdam Siderites, ꝙ ignem non sentiat, dicit Plinius libro 37. Tres habet species, quarum una est nigra & rotunda, alia uiridis, maculã habens albã: Tertia cuius pars altera aspera est, altera plana: & est color, quasi ferri lamina, Verba sunt Alb.

Hyænia. 45.

Tollitur ex oculis lapis extollendus Hyęnæ,
Dictus Hyęnia, quam ueteres (si credere dignũ)
Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Quò queat imbutus prædicere quæꝗ futura,
Sub lingua lotus si contineatur in ore.

Tollitur ex oculis) Plinius capite 40. 37. Hyæniæ ex oculis Hyænæ, & ob idem in ua se inueniri dicũtur, & (si credimus) linguæ hominis subditæ futura prædicere. Solinus capite 40. Qđ si cupias nosse cuiusmodi belua sit Hyæna, legito Plinium capite 30. libro 8. Aristotelem capite 32. 6. libri naturæ animalium: eundemq; capite 5. 8. naturæ animaliũ, & cap. 6. 3. De generatione animaliũ. Ouidium 15. Metamor. Si tamẽ est aliquid miræ nouitatis in istis, Alternare uices & ꝗ modo fœmina tergo Passa marem est, hinc esse marem Alardus Aemstel.

mi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

miremur Hyęnam: Mātuanus: Callida & (ut perhibēt) nostræ æmula uocis Hyæna. Idem in Bucol. Est in eis pietas Crocodili, astutia Hyænæ. Hyæna uocē humanam imitatur, & nomen alicuius edifcit, quem euocatum lacerat: Ità quidam obsequio blandiuntur, donec in pernitiem trahant, Hyæna sic auida est excrementorum hominis, ut si in uase suspendantur altius quàm ut possit attingere, enecet sese defatigata porrectu corporis. Ità nonnullis quod est fœdissimum, id dulcissimum est. Pictor. Villing.

De Hyenia Plinius libro 37. capite 10. Albertus libro secundo, capite octauo. sed ibi legitur Iena. Soli. capite 39. in Pandect. capite 434.

Ex oculis) Ex oculis tollitur Hyænæ, uel ut aliqui dicūt, ex fronte, ut Aristo. ¶ Hyæna] Hyænis utranqꝫ esse naturam, & alternis annis esse marem, alternis fœminam fieri, parere sine matre uulgus credit. Aristo. in sexto libro, capite 32. negat. Multa mira traduntur de hac, sed maximè quòd sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare, nomenqꝫ alicuius addiscere fertur: quem euocatum foras, laceret. Huius natura descripta apud Plinium, cuius prædicta uerba sunt, libro octauo, capite 30.

Liparæa siue Liparis 46.

Partibus in Lybicis lapis est † Liparæa uocatus,
Ad quem sponte sua properat genus omne ferarum,
Quas uenatorum sueuit labor exagitare.
Non eget ergo canum cursu, curaúe sagaci,
Saltus perlustrans, lapidem qui gesserit istum:
Sternendæ satis est uenabula tollere prædæ.

† Liparis uocitatus.

Alardus Aemstel.

Partibus in Lybicis] Lipara una est de illis septem insulis, quibus Aeolus imperauit. Lege Seruium in librum Aeneidos octauum, super illud: Insula Cicaniū iuxta latus, Aeoliamqꝫ. Sic denominata à Liparo rege, In ea fuisse fertur officina Vulcani & Cyclôpum, ut in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Lemno Claudianus. Ignifluisq; gemit Lipare fumosa cauernis. Mantuanus: Regis habens primi Lipare Vulcania tellus. ¶ Lipares uocitatus] Plin. cap. 10. lib. ulti. de Lipare. Hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias euocari. ¶ Non eget ergo canum] Ferę quęcunq; in uenationibus à canibus exagitatæ, confestim ad Lipaream, tanquã ad singularem patronum cõfugiunt, quamdiu illic steterint fiunt inuisibiles: Ita ut nec à canibus nec à uenatoribus agnosci queant.

Plinius libro 37. capite 10. Vincentius libro 9. ca. 80. Albertus libro 2. cap. 10. In Pandect. 442. Pictor. Villing.

Proprietatem illius gemmæ (si modo uerum est) potẽtiæ diuinæ iuxta Alber. acceptã referre debemus.

Enydros. 47.

Perpetui fletus lachrymis distillat Enydros,
Quæ uelut è pleni fontis scaturigine manant,
Cuius naturæ graue sit deprędere causam:
Nam si decurrit lapidis substantia, quare
Non minor efficitur, uel non omnino liquescit?
Sin ros exterior descendit ad interiora,
Vt semper refluat, cur se non impedit ipsum,
Scilicet ingrediens contrarius egredienti?

Perpetui fletus] Græcis ἔνυδρος aquosus uel aquatilis dicitur. Plinius capite undecimo libri ultimi: Enydros semper rotunditatis absolutæ in candore est lęuis, sed ad motum fluctuuat intus in ea, ueluti in ouis liquor. Solinus capite 50. Enydros exũdat, ut clausam in eo putes fontaneam scaturiginem. Alardus Aemstelre.

Nam si decurrit] Sunt qui putent, quòd uirtus lapidis in aquam aẽrem sibi uicinum appropinquantem decurrat, ut iam uideatur exire de substantia lapidis, q; egreditur de substantia aẽris circunstantis.

Fontis scaturigine manant] Apud Homerũ Iliad. nono & 15. Similitudo ẽ sane quàm apposita de aqua è fonte scaturiente.

Pictor Vil.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

De Enyd. Plinius libro 37. capite undecimo. Soli. capite 50. Albertus libro secundo. Tract. 2. capite 5. Etyndros habet. Isido. uero Enydros.

Enydros lapis est ab aqua uocatus, quasi aqueus: semper est rotonditatis absolutæ, ut in candore læuis, sed ad motum fluctuat intus in eo, ueluti in ouis, liquor, sic Plinius habet libro 37. capite undecimo, magnitudinis est auellanæ nucis. ¶ Graue sit deprehen.] Quòd ingrediens non repellat egredientem, qui fiat, durum est fingere, nisi ex hoc quod Albertus effinxit: Ex substantia profecto, inquit, huius lapidis non ueniũt guttæ, sed ex nimia frigiditate qua tenetur, quæ aërem, propinquum, & se tangentem in aquam mutat. Hanc quidem rationem teste Siluatico, Albertus ex Euace sibi adscripsit. Quòd tamen multum emolumenti aut gratiæ hæc gemma conferat, nondum reperi. At guttę, inquit, Albertus febricitantibus sunt remedio.

Iris 48.

IRin dant Arabes, sed gignit eam mare rubrum
Crystallo similem, cuius sexangula forma
Clara luce micans, fert causam nominis huius:
Nam si sub tecto radijs sit subdita solis,
Proximus inficitur paries, uarioq; colore
Arcus cœlestis depingit utrinq; figuram.

Alardus Aemstel.

Irin dant Arabes.] Hæc gemma idcircò Iris dicta est, quoniã figuram & colorẽ iridis arcus cœlestis plurimum imitetur. ¶ Mare rubrum] Solinus cap. 46. inuenit & Iridem in mari rubro sicut Crystallum sexangulatã, quæ radijs icta solis, rutilo aëris repercussu cœlestis arcus ex se iacit speciem. ¶ Nam si sub tecto] Plin. ca. 9. 37. Nam sub tecto percussio sole species & colores ar. us cœlestis in proximos parietes eiaculatur, subinde mutans magnaq; uarietate. ¶ Varioq; colore

lore] Vergilius: Nuncia Iunonis uario decorata colore. Ouidius 1. Meta. Nuncia Iunonis uarios induta colores. Vergilius quinto Aeneidos: Ergo Iris croceis per cælũ rosida pennis Mille trahens uarios aduerso sole colores. Statius lib. 10. Huc se cęruleo librauit ab æthere Virgo. Seneca. Imbrifera qualis implicat uari os sibi Iris colores. Ouidius 3. Meta. Qui color infectis aduersi solis ab ictu Nubibus esse solet, aut purpu reæ Auroræ, Is fuit in uultu. Arcus cælestis,] Lege Aristotelem 3. Meteororum. Senecam primo naturalium, & Pliniũ libro secũdo. Plutarchus Che. in Cõso. ad Apollo. Iris nihil aliud est, q̃ relucentia solis refracti in nubibus. Silius Italicus libro 7. Sicut aquę splendor radiatus lampade solis Dissultat per tecta uaga sub imagine uibrans Luminis, & tremula laquearia uerberat umbra. Pict. Villin.

De Iride Albertus libro secundo cap. 8. Plinius libro 37. cap. 9. Barpth. Anglicus libro 16.

Effoditur Iris, ut Plinius narrat, in quadam insula rubri maris, quæ distat à Beronice urbe. 60. millia passuum, lib. 37. ca. 9. Nos item inuenimus maximam copiam horum lapidum in montibus Germaniæ, qui sunt inter Rhenum fluuium & Treuerensem ciuitatẽ. Albert. lib. 2. ¶ Crystallo similem] Sexangulam, ut Crystallum, esse cõstat, unde quidam radicem Crystalli esse dixerunt. Plinius. Causam nominis huius] Vocatur ex argumento Iris, ut Plinius ait. Nam sub tecto percussa sole, species & colores arcus cœlestis in proximos parietes eiaculat, subinde mutãs, magnaq; uarietate admirationem sui augens. Easdem creditur habere uirtutes quas & Beryllus, nisi q; tantæ non inuenitur quantitatis, Diosco. Cooperatur hic lapis parturienti, uel ut citius pariat, uel saltem ut dolorem partus facilius sustineat, & non tantum de periculo pertimescat. Iridis colores inter naturę mira esse,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

neminem præterit, quod maximo argumento esse potest, quia à pictoribus, eiusmodi forma, speciesúe colorum, exprimi non queat: unde super omnem Irim dicitur, quod adagionis formam habet, de ueste splēdida, coloribus uariantibus, ac omnino cōtexta preciosius: Sunt hæc notata ex 12. antiquar. lect. Cælij.

Androdamas 49.

ANdrodamāta (lapis formæ quasi tessera q̄dræ)
Dicunt argenti repræsantare nitorem:
Cuius durities quasi durities Adamantis.
Ipse maris rubri mixtus reperitur harenis.
Quem Magus affirmat tantæ uirtutis haberi,
Vt possit præsens animos sedare calentes.

Alardus Aemstel.

Androdamāta lapis] Androdamas, qui & Argyrodamas dicitur, argenti nitorem habet ut Adamas, ità uocatus, quod impet⁹ hominū, & iracundiam domet. ἀπὸ τ ἄνδρα δομάζειν, hoc est, à domandis uiris. Rhennius: His pueros seruans Molochites splendet harenis, Androdamasq; lapis, compescens pectoris iras.

Dicitur argēti] Plinius libro 37. capite 10. Androdamas argenti nitorem habet ut Adamas, quadrata & semper tessellis similis magnis, putantq; nomē impositum ab eo, q impetus hominū & iracundias domet. Solinus capite 46. Pictor. Villin.

De Andromante Albert. libro secundo, Tract. 2. capite primo. Plinius libro 37. capite 10. Vincentius in specu. natu. libro 9. ca. 45. Solinus ca. 45.

Androdamas] Putant huic lapidi nomen inditum ab eo, quòd domare ac refrenare dicatur impetus uel iracundias animorum. Sic Plinius libro 37. dicitur & Argyrodamas, quod idem narrat. Calētes animos] Id est, ira concitatos. Cui autem lapis hic non est, maximum remedium nouerit moram atq; dilationem, ut primus iræ furor relanguescat. Proinde Athenodori illud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

illud ſalutare præceptum habere cordi atq; memoriȩ opere precũm duco, qui Auguſto Cæſari ſic præcepit, Quum ira te Cæſar ceperit, nihil prius neq; dixeris neq; feceris, quàm ipſas uiginti quatuor literas elementarias tecũ ipſe percurreris, ſic enim futurũ ut impetum animi ſuffrenes. Vide Beroal. de optimo ſtatu.

Ophthalmius 50.

AVertens oculis morbos Ophthalmius omneis
Aſſeritur furum tutiſſimus eẽ patronus,
Ac circunſtantes obducta nube recondit:
Vt ſpoliare domos poſſint impune latrones.

Alardus Aemſtel.

Auertens oculis] Oculorum morbis ac uitijs infinita pœne nomina à quibuſdã excogitata ſunt, & maxima ex parte cum aliorum membrorum affectionibus coincidentia. Apud medicos frequenter ocurrunt ὀφθαλμία. i. lippitudo, λέυκομα, quod item uitium ἄργεμον uocatur, γλαύκωμα, ἀιγίλωψ, ἀμβλυωπία, κατάρακ[τ]) ſuffuſiões Plura apud Celſum. Iulius aut Pollux cauitatẽ dixit ex corpis ȩgritudine. Galenus in Iſagoge ſua ait, Oculi ophtalmiã eſſe, quotiẽs rubet candida oculi pars, extolluntur cilia, ſimulq; fit, ne poſſint ſine dolore coniungi palpebræ, & tractatus manibus oculus dolet. Idem morbus dicitur Glaucoma. Plaut⁹ Milite. Et nos facticijs fabricis, & doctis dolis Glauconiam ob oculos obijciemus, eumq; ità Faciemus, ut quod uiderit non uiderit. Pictor. Villing.

De Ophthal. Albert. lib. 2. cap. 13. Anglicus li. 16.

Ophthalmius nomen à patria habet, teſtis Iſidorus, uarijs coloribus diſtinctus eſt, ſed tot uirtutes habet quot colores, ut idem.

Vnio 51.

TOllitur è conchis ſpecies memoranda marinis,
Vnio dictus ob hoc, quòd ab una naſcitur unus,
Nec duo, uel plures unquam ſimul inueniuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Cuius ad ornatum laudatnr candida formâ,
Quòd deceat uestes, deceat nihilominus aurum.
Conchæ temporibus certis referuntur hiantes
In cœlum, patulæ rores haurire supernos,
Ex quibus orbiculi candentes concipiuntur:
De matutino fit clarior Vnio rore.
Ros uespertinus fœtus solet ædere fuscos,
Et iuuenes conchæ dant baccas candidiores,
†Baccarũ Obscurat fœtus † concharum grandior ætas.
Quanto rorantis fuerit plus aëris haustum,
Tanto maiorem gignit roratio baccam.
†sed cresce re Vlrà seminucem † concrescere nulla putatur.
Quòd si celsa micent tonitru conuexa corusco,
Conchæ diffugiunt subita formidine clausæ.
Sic intercepto conceptio deperit haustu,
Et fit abortiuum, quod cœperat inde creari.
†mittit Insignes baccas prædam maris India †gignit,
Gignit & insignes antiqua Britannia baccas.

Alardus Aemstel.

Tollitur è Conchis] Plinius libro 9. capite 33. Cõchæ dicuntur aliquotiens duriores piscium testæ, capiunturq; interdum pro ipsis piscibus, interdum quoq; pro gemmis, quæ in his reperiuntur, nonnunquam etiam pro tubis: Cuiusmodi est illud Vergilianum, Sed tũ forte caua dum personat æquora concha. Politian⁹ Et nunc tortilibus permulcent æquora conchis. Ouidius libro Meta. 13. Læuior assiduo detritis æquore conchis. Iosuę 6. Et de nocte consurgens, expresso uellere concham rore impleuit. Ouidius libro 10. Collocat hanc stratis, cõchaq; Sidonide cinctus Munera fert illi, cõchas, terretesq; lapillos. Marria. libro 13: Ebria Baiano ueni modo cõcha Lucrino. Idem: Sed cui solus erit concha Lucrina cibus. Vergilius: Vt concha bibat, & Sarrano dormiat Ostro. Quem locum adducit & Erasmus in Colloquijs. Hæc pluribus fortassis admonuimus

nuimus, quam res ipsa postulat: nisi quod uideo quosdam lapidum cognitionem ueluti rem nullius momēti existimare, uel somniū potius arbitrari. Memoranda marinis] Epitheton est. Ouidius 15. Et procul à pelago conchæ iacuere marinæ. Illud quoq; uulgatum licet, attamen indicandum est discrimen, quo Cōchæ dicuntur, quæ testā lęuem habent, ac politam, siue uniformiter rugatam, siue denticulatam: Ostrea uerò, quæ asperam scabramqúe. Quamuis generali nomine Ostrea quoq; conchæ uocentur, testæ ipsæ duriores. Propriè conchæ dicuntur, quales sunt coclearum. Ouidius: Ostreaq́; in conchis trita fuere suis. Columella: Implicitus cōchæ limax. Cicero libro 3. de finibus. Vt enim in membris alia sunt tanquam sibi nata, ut oculi ut aures, aliqua etiam cæterorum membrornm usum adiuuant, ut crura, ut manus: Sic immanes quędam bestiæ sibi solum natæ sunt. At illa quæ in concha patula pinna dicitur, in ijsq́; qui nante cōcha, quod eam custodiat pinnophylax uocatur, in eamq́; quæ si recepit includitur, ut uideatur monuisse, ut caueret. Itemq́; formicæ apes ciconiæ, aliorum etiam causa quædam faciunt. Multo magis hæc cōiunctio est hominum. Itaque natura sumus apti ad cœtus, concilia, ciuitates. Idem libro secundo de diuinatione. Ostreis & conchylijs omnibus contingit, ut cum luna crescāt, pariterq́; decrescant. Plautus in Capt. Parasitorum genus simile est cochleis: Nam cum humor est lambunt, si nō, suo uiuunt succo. Vnio dictus] Vniones alio nomine uocantur Margaritę siue Margarita: utrunq; enim dicitur Latine. Hieronym⁹ in Epistola ad Pammachium Licet margaritum in sordibus & fulgor gemmæ purissimæ, etiam in luto radiat. Idem: Si tanti uitrū quāti margaritum. Quod ab uno tollitur unus] Plinius li. 9. cap. 35. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lęuore, pōdere. haud promptis rebus, in tantū, ut nul-

li duo reperiantur indiscreti, unde nomen unionum Romanę scilicet imposuere delitiæ. Quod deceat ue stes.] Luxuria (ut ait Plinius) uestitus prouocauit eos flores, qui colore comēdantur, quos constat treis esse præcipuos, è quibus tertius est qui in conchylijs proprie intelligitur. Hieronymus in Epistola ad Lætam de institutiōe filiæ. Caue ne aures eius perfores, ne cerussa & purpurissa consecrata Christo ora depingas, nec collum auro & margaritis premas, nec caput gem mis oneres, nec capillum cerufes, & ei aliquid de gehē næ ignibus auspiceris. Habeat alias margaritas, quib' posteà uenditis, emptura est preciosissimum magaritum. Pro gemmis & serico diuinos codices amet, in quibus non auri & pellis Babylonicæ uermiculata pictura, sed ad fidem placeat emēdata & erudita distinctio. Idem ad eandem: Secularis homo in quadragesima uētris ingluuiem decoquit, & in cochlearū morem succo uictitans suo, futuris dapibus ac saginæ aqualiculū parat. Virgo & monachus sic in quadragesima suos admittat equos, ut sibi meminerint semp esse currendum. Illud paucis adijciendum, quod in Cō insula uestes sanguine conchyliorum olim tingebantur, uocabanturq; conchyliatæ .i. purpureæ. Iuuenalis saty. 8. Spartana chlamys conchylia Coa. Cuius ad ornatum] Plinius in procemio libri. 12. Quo magis ac magis admirari subit, unionem in rubri maris profundo, smaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium uulnera, nimirum quoniam parum est collo crinibusq; gestari, nisi infoderentur etiam corpori. Vergili' 10. Aeneidos libro: Qualis gemma micat, fuluum quę diuidit aurum, Aut collo decus est capiti, uel quale per artem Inclusum buxo, aut orytia terebintho Lucet ebur, fusos ceruix cui lactea crines Accipit, & molli subnectit circulus auro. Ouidius in Metamor. Instruxere epulis mensas, dapibusqúe re-

mo

motis In gemma posuere merum. Gemmarum precia simul & ornatus mutantur cum ætatibus, sicut & cæterarum rerum. Summum autem precium olim fuisse margaritis, hoc est unionibus, abunde testatur Plinius. Deceat nihilominus aurum] Adelphasium meretrix in Penulo Plautina:

Bono ingenio me esse ornatam, quàm auro multo mauelo,
Aurũ in fortuna inuenitur, natura ingeniũ bonũ.
Bonam ego q̃ beatam me esse nimio dici mauelo.
Meretricem pudorem gerere magis decet, quàm purpuram.
Magis meretricem pudorem, quàm aurum gerere condecet.
Pulchrũ ornatũ turpes mores peius cœno colluũt.
Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant.

Conchæ temporibus] Eadem hæc in finem usq; à Plinio cap. 35. lib. 9. Solinoq; fusius aliquanto explicantur. Ex quibus orbiculi] Horatius libro 2. Sermo. Lubrica nascentes implent conchylia lunæ. Atq; hoc est in causa, cur cõchylia uocentur à Plinio lunata, uel quòd curua sunt in modũ bicornis lunæ, uel noua impleantur luna. Vltra seminucẽ] Aliâs semissem siue semiuncẽ, & putant ratione carminis u posse elidi, cu iusmodi est & illud Lucani libro Pharsaliæ quarto: Semianimes traxere foris. Cæterũ satis apparet esse legendum semũcẽ. Plinius li. 9. cap. 36. Pondus ad hoc, cui senunciæ pauci singulis scrupulis excessere. Et Solinus cap. 66. Vltra semunciales inuentos negant. Gignit & insignes] Anadiplosis est) Oceanus Indicus mire prodigus est margaritorum, quæ oriunrur in conchis, & concipiuntur ex rore. Pli. existimat nihil aliud esse margaritas, quam partum concharum. Properti' lib. 1. Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Idem libro 2. Indica quos medio uertice gēma tenet.
Martialis libro 1. Ista est charior Indicis lapillis.

Antiqua Britannia] Cornel. Tacit. in uita Iulij Agricolæ; Ferè Britannia aurum & argentū, & alia metalla gignit, & Oceanus Margarita suffusca & liuētia. Suetonius ait Cęsarem in Britanniam nauigasse caussa margaritarum. Olim omneis insulæ, quæ iuxta eā insulam, quā nunc Britanniam dicimus, sitæ sunt, Britanniæ uocabantur teste Plinio cap. 16. lib. 4. Ea uerò quæ Britannia dicitur, antea Albion dicebatur, ab albis aliquot montibus, qui primum illuc nauigātibus procul apparent Cuius insulę ueteres incolę Britones fuerunt, à quibus Britannia dicta est, autore Beda Anglosaxone. Ea insula posteà dicta ē Anglia, ab Angla regina, qua duce Saxones eam insulam subegisse dicūtur. Atq; eo uerbosius ista retulerim, quā institutæ nostræ conueniret breuitati, quod cum hęc tumultuarie annotarem, non ita procul ex aduerso littoris Britānici, nempe apud regiam Hollandiæ Hæcmundam, religiosissimæ olim Auglorum genti ἐπιχώριον, sed tamen νόσφιν ἀπὸ φλοίσσου degeremus. Baccas. i. gemmas] Vergilius in Culice, Conchea bacca maris precio est à pectore puro. Claudianus: Et uarijs spirat Nereia bacca figuris. Sidonius: Baccarū profert lęues asprata lapillos. Verg. Aeneidos 1. Colloq; monile Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam. Bacca inter uniones gemma nobilissima. Vt uniões tametsi in mari nascuntur, tamen plus habent cognationiscum cælo, cuius faciem reddunt: Ita pius ac generosus animus magis à cælo pēdet, unde ducit originem, quam à terra, in qua uiuit. Pict. Villing.

De Vnione Plinius lib. 9. cap. 35. Solinus cap. 66. Serap. cap. 397. Albertus libro 2. cap. 11: Isidor. lib. 16 Platearius in lib. de simplici medicina.

Ab una nascitur unus.] Nunquam duo reperiūtur indiscreti

indiſcreti, ideoq́ꝫ & nomen Vnionum Romanæ deliciæ impoſuerunt eis. Nam id apud Gręcos non eſt, nec apud Barbaros inuentores aliud quàm margaritæ nomen, dicit Plinius, ꝙ in cõchis marinis reperiatur hoc lapidis genus. *Sic Iſidorus.* Laudatur candida forma] Talis autem ipſis eſt conchis ſenſus ut partus ſuos timeant maculari, cum ſol urentes ac feruentes orbes emerſerit. Itaqꝫ ne calore nimio fuſcẽtur lapides, conchæ ſubſidunt in profundum. Solinus. Deceat ueſtes] Margaritas digitis ſuſpẽdere, & binas trinasq́ꝫ auribus, gloria fœminarum fuit: quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed & totis addebant ſocculis. Neqꝫ geſtare ſatis erat, niſi calcaſſent etiã pedibus, per uniones ambulando. Plinius. Prædã maris] Concha ipſa cum manum uidet, ſeſe comprimit, opesq́ꝫ ſuas operit, adeò prædę timet, gnara propter uniones ſę peti, ſed manũ ſi præueniat, acie ſua abſcindit. Plinius. Antiqua Britannia] Hoc eſt Britannicũ mare, quod nunc Anglicum dicitur. Albert. Quod ſi micent celſa conuexa.] *Si fulgurat*, comprimuntur conchæ pauefactæ, ac pro ieiunij modo minuuntur, uitia contrahentes abortiua, quæ Phyſemata à bullarum ſimilitudine dicuntur, dicit Plin. lib. 9. Habẽt uirtutem confortandi albæ & clarę margaritæ, contraq́ꝫ debilitatem & fluxum uentris uel ſanguinis, necnon cardiacam paſſionom ſanãt. In febribus datur puluis earum cum zaccarem roſarum, *Sic Platearius.*

Pantherus 52.

PAntheron multos teſtantur habere colores:
Nam niger & rubeus, uiridis, pallẽſqꝫ uidetur,
Purpureus, roſeusq́ꝫ ſimul ſparſiq́ꝫ coloris,
Hos habet, & uario diſtinctus ſchemate uernat:
Expedit hunc orto quàmprimum ſolę uideri,
Vt uictor poſſis omnes exire per actus:
Ipſo nanqꝫ die poterit te uincere nemo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Pantheram patet esse feram diuersicolorem,
India quam gignit, cuius pauefacta leonum
Voce fugit rabies, quam bestia contremit omnis:
Huius ad exemplar sic est lapis iste uocatus.

Alardus Aemstel.

Pantheron multos] Plinius capite 11.37. Sunt & à leonis pelle & Pantheræ nominatæ Leoncios Pardalios. Pantheram patet esse feram]. Ab effectu nomẽ sumptum est, πᾶν enim totum, & θὴρ ferã Græci dicunt, quod scilicet hæc belua tota fera sit. Vergilius li. Aenei. 8. de Euãdro. Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem, Demissa ab lena Pãtheræ terga retorquẽs. In pantheris quod speciosissimum esse oportuit, id cælandum est, ut placeat reliquo corpore maculis pictu rato. Ita in quibusdã omnia placent præter uitã, quod totius negotij caput. Cuius pauefacta leonum] Aristoteles lib. 9. naturæ animalium, cap. 6. Idem cap. 6.6. naturæ animalium. Plinius lib. 8. capite 17. & Solinus capite 27. Voce fugit rabies] Atque hoc tale tamque ferox animal, inquit Plinius, rotarum orbes circumacti, currusque inanes, & gallinaceorum cristæ, magisque etiam cantus terrent, sed maxime ignes. Homerus Iliados λ. Lucretius libro 4. Quinetiã gallũ &c. Lege adagium, Leonem larua terres. De Panthera herba uide Plinium lib. 27. cap. 2.

Pictor. Villing.

De Panthero uide Speculum naturale lib. 9. ca. 90 Albertus lib. 2. cap. 14. Barpth. Angli. lib. 16.

Tot uirtutes habet Pantherus, quot colores, ut in lib. de natur. rerum scriptum est. Bestia contremit omnis] Ferũt odore earũ mire solicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri. Quamobrem caput occultant, & pulchritudine reliquæ partis, bestias ad se inuitant, & sic inuitatas arripiunt ac deuorãt: Hæc Plinius lib. 8. cap. 17. Vnde Poëta dicit, quam bestia

stia contremit omnis. Cuius uoce rabies draconum fugit pauefacta] Dicitur hoc animal infestū esse draconi,& ob hoc Pantheræ uocem draconem fugere in latibula antrorum. Hæc Albertus de nat. anim. li. 22.

Apistos 53.

APistos nigri non ultima gemma coloris,
Ad gratam speciem rubeis interlita uenis,
Pondere maioris mensuram corporis æquat.
Hanc, semel admoto si ceperit igne calorem,
Testantur calidam septem durare diebus.

Alardus Aemstel.

Apistos nigri] Plinius libr. 37. cap. 10. Apistos septenis diebus calorem tenet ex calefacta igni, nigra ac ponderosa, distinguentibus eam uenis rubentibus: putant prodesse contra frigora.

Chalcophonos 54.

CHalcophonus pulsata refert tinnitibus æra,
Qui si tractetur reuerenter corpore casto,
Vocis dulce melos aiunt conferre gerenti,
Et ne rauescant, liquidas defendere fauces,
Hic etiam nigrum perhibetur habere colorem.

Alardus Aemstel.

Chalcophonos pulsata] Plinius cap. 10. libri 37. Chalcophonos nigra est, sed illisa æris timnitū reddit, Tragœdis ut suadeut gestanda. Solinus uerò cap. 50. eandem uocat Chalcophthongon. Chalcophthōgos, inquit, resonat ut pulsata æra, pudice habitus sernat uocis claritatem. Ab ære & sono compactum nomen, latinè ærisonum diceremus. Græci enim χάλκομ æs, φθόγγομ sonum nuncupant. Chalcophonos autem dicitur à χάλκομ .i. æs & φώμ uox, ueluti dicas æreuocum. Et ne rauescant] Ab raui, hoc est raucitate (sic enim utitur Plautus in Aulu. Vbi, inquit, si quid poscamus, ad rauim poscamus prius] fit uerbum rauceo & rauesco, & raua uox .i. parum liquida. Pict. Vil.

De Chal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

De Chalcophono Plin. lib. 37. cap. 10. Solinus cap. 50. Albert. lib. 2. Tract. 2. ca. 3. ubi perperam scribitur Calcafanos. Habet Siluat. Pādect. ca. 399. Calefarios.

Chalcophonos] Quia timitum habet æris, tale nomen accipit. Nam χαλκόφωνος, Latine habens uocem fortem, interpretari potest

Molochites 55.

INfantum cunas uirtute sua Molochites
Protegit, & casus abigit quoscunque sinistros,
Ne teneros artus pars possit iniqua nocere.
Dat lapidi precium uirtus cumulata decore:
Crassum quippe uirens similis solet esse Smaragdo,
Hunc Arabum gentes prius inuenisse feruntur.

Alardus Aemstel.

Infantum cunas] Plinius lib. 37. cap. 8. Non translucet Molochites spissius uirens, à colore maluæ nomine accepto, reddendis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine. Solinus cap. 46. Rhēnius. His pueris seruās Molochites splendet harenis. Est color in purpuram inclinans qui Molochinus dicitur, quod maluæ flori similis similis sit, quasi Malachinus. Græci enim μαλάχην maluam appellant. Hinc Melochinarios Molochini coloris infectores Plautus appellat.

Pictor. Villīg.

De Molochite Albert. lib. 2. cap. 11. Plin. lib. 37. ca. 8. Solin. cap. 45. Siluaticus Pandect. cap. 448.

Molochites à colore maluæ nomen accepit, si Plinio credimus.

Tecolithus 56.

TEcolithos nucleo similis perhibetur oliuæ,
Aspectu uilis, naturæ ui preciosus.
Namque solutus aquis, & ab his quibus expedit haustus,
Dicitur esse potens, lapidosos soluere renes,

Vesicæque

Vesicęq́ simul purgare dolentis harenas.

Alardus Aemstel.

Tecolithos nucleo.] Plinius lib. ultimi, capite 10. Tecolithos oleæ nucleo similis uidetur. Neq́ est gemmæ honos, sed lingentium calculos frangit pellitq́. Sunt qui putēt appellari lapidem calcularem, τῆκος calculus Græcis dicitur, & λίθος lapis. Dioscorides Iudaicum lapidem nuncupat, nomen, inquit, à gente, cui nascitur. Si cum aquæ calidæ cyathis ternis bibatur, urinæ difficultatibus auxilium præstat. Ab Alberto 2. Mineralium Cagolithos dicitur, sed ei nulla nominū cura. Nanq́ solutus aquis] Solinus capite 50. cuius sententiam hoc carmine non infeliciter æmulatus est Marbodæus. Vesicęq́ simul] Galenus negat eum haustum pulsis calculis, renū dolores ac uesicę leuare.

Pictor. Villing.

De Tecolith. Plinius libro 37. capite 10. Solinus capite 50. Albert. libro secundo, capite tertio, sed perperam ibi scriptum est Cecolites.

Tecolithus] τηκόλιθος calculi lapis dicitur, oliuæ nucleo similis: τῆκος calculus, λίθος lapis est. Huius meminit Auicenna libro secundo, ubi uesicæ lapidem nominat. Camillus aūt lapidē Iudaicū, de quo Pandect. ca. 436.

Pyrites 57.

CVi fuluus color est, cui nomen ab igne Pyrites,
Se uetat astringi, pertractariq́ recusat,
Tangi uult leuiter, pauidaq́ manu retineri,
Nam pressus, nimium digitos stringentis adurit.

Alardus Aemstel.

Cui nomen ab igne Pyrites] πῦρ Græcis dicitur ignis. Homerus Odyss. χ. τῶις νοῦ μοι πρώτισον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω. Nunc mihi cū primis lucescat in ædibus ignis. Idem alicubi. πιθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι. i. Scilicet accēso domus est ornatior igni. Ab effectu igitur gemmæ nomen inditum, quòd teneri se uehementius

tius non ſinat, aduratque digitos, ſi quando arctiore manu premi contingat. Plinius capite undecimo libri ultimi. Pyrites, inquit, nigra quidem, ſed attritu digitos adurit. Idem capite 19.36. Coralium, inquiunt, lapidem quidam Pyritem uocãt, quoniam ſit plurimus ignis illi, ſed eſt alius etiamnum Pyrites ſimilitudine æris. D. Aure Auguſtinus lib. 21. de Ciuitate dei. ca. 5. Pyritem lapidem Perſicum, tenentis manum, ſi uehementius prematur adurere, propter quod ab igne nomen accepit. Solinus capite 50. Rhennius: Nec non Pyrites, digitos qui ſtrictus adurit, Gemmaq; quę radios emittit candida ſolis. Naſcitur hic ſcopulis Pallenes gemma refulgens, Aſterinm perhibent, ſtellis certare putatur. Et flammę ſimilis ſplendenti lumine lychnis. Eraſ. Rot. in adagio, Ignarium dare. Seneca li. de beneficijs 4. refert, ut uulgo iactatum. Vt doleat, inqt, tibi, ut poſtea cõſiderati⁹ loq̃ris, q̃d dicere ſolem⁹, Ignariũ dabo: De lapide Pyrite ſentit (ni fallor) quẽ alij Vrium, nonnulli Ignarium uocant, quod plurimũ habeat ignis, ut attritu digitos adurat, & alioqui põderoſiſſimus. Itaq; dicebatur Ignariũ dare, qui ſuggereret, quod dolore quodã reuocaret. Vide Plinium libro 11. cap. 36. Pictor. Villing.

De Pyrite Albertus lib. 2. ca. 14. Plin. lib. 37. ca. 11 Solinus ca. 50. Galen. li. 9. cap. 4. Apud Albertum corrupte legitur Perithe uel Peridonius.

Pyrites caligines oculorum purgat, duritiem mollit, & digeſtionem facit, addita reſina, carnes peræquat. Sic Dioſcorides.

Furuus color] Id eſt niger, ut Feſto Pompeio placet libro ſexto.

Diadochos ſiue Diadocus 58.

Diadochos per quàm reſponſa petẽtibus aptus,
Dæmonis effigies uarias oſtendere fertur,
Nec lapis eſt alius, qui fortius euocet umbras.

Sed

Sed ſi defuncto quis forſitan applicet illum,
Protinus aſſeritur ſolitas amittere uires:
Nãq; ſacer lapis eſt, & quæ mors ſternit, abhorret.
Hunc autem perhibent ſimilem fulgore Beryllo.

Alardus Aemſtel.

Diadochus perquam] Plinius libro 37. capite 10. Diadochos Beryllo ſimilis eſt. Nanq; ſacer lapis eſt] Alluſum eſt fortaſſe ad Etymon lapidis: δῖος enim .i. diuus & humidus dicit̃ à Græcis, & δόκος ſiue δόκησις cõſideratio. Tum legendum eſſet Diadocos, non ut Plinius diadochos: ſed cui non poſt Varronem in Etymis ſit uenia? Lege Fabium Quintilianum libro de Inſtitutione oratoria pri. ca. 10.

Pictor. Villing.

De Diadocho Plinius lib. 37. cap. 10. Alber. lib. 2. Tract. 2. cap. 4. ſed male ibi ſcribitur diacodos. Angli. de propriet. rerum lib. 16. Siluat. Pandect. cap. 412.

Dæmonis effigies] Sunt quidam magicis quibuſdam piculis etiam nõ intellectis, dæmonicas effigies, & umbras mortuorum flectentes, ut ad ſingula interrogata diligenter reſpondeant: magis uerò impie & cum periculo, quàm Chriſtiane & cum ſecuritate. Tales Arnoldum de noua uilla in ſuam Pharmaceutriã inſeruiſſe legimus, & Varronem in coxendicem. At huic, q tam impias nugas ſpernit, ſatis eſt Diadochos.

Sed ſi defuncto] Tam pura tantæq; ſynceritatis ex propria natura eſt hęc gemma, ut cadauerum nequeat ferre impuritatẽ, ſcribit Albert⁹: quibus plerũq; ineſt aut malus fœtor, aut exotica forma, ut uidemus indies. Euocat umbras] Magi cadauera faciunt reuiuiſcere, & ex ſepulchris exire umbras, ut de Erichth. legitur apud Lucanum in. 6. li. Vnde Ouid. de Amoribus:

Euocat antiquos proauos, atauosq; ſepulchris,
Et ſolidam longo carmine findit humum.

Lapis ſacer] Sacratã eſſe hanc gemmã uitæ, auguror

quæ morti est contraria, unde corruptionem mortis abominatur. Scribit tamē Albertus, posse reperiri aliam ratiorem ex libris Magorum, Hermetis, Ptolomæi & Thebith, quos libros ad manus nō habemus.

Dionysias 59.

Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis:
Hanc in aqua tritam uinū flagrare loquuntur
Et tamen ebrietas ipsius odore fugatur,
In quo naturæ solito nihil ordine currit,
Dum lapis ex lympha uini producit odorem,
Quamq́ꝫ creare solet uinum fugat ebrietatem.

Alardus Aemstel.

Nigra micat rubeis] Plinius capite 10. libri ultimi. Dionysias nigra ac dura, mixtis rubentibus maculis, quæ ex aqua trita saporem uini facit, & ebrietati resistere putatur. Solinus capite 50. Dionysia consita guttis] A Dionysio Bacchi cognomento (iuxta illud prouerbiale schema, οὐδὲν πρός διόνυσον .i. Nihil ad Bacchum) nomē inditum. Verum etiam his (quamuis ὑπὲρ ἐσκαμμένα, hoc est astra septa) adijciendum est Epigrāma illud.

Αἱ νύμφαι τὸν βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος
νίψαν, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον
Τοὔνεκα σὺν νύμφαις. βρόμιος φίλος ἢν δέ νιν εἴργῃς
μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

Pict. Villin.

De Dionysia Vincentius lib. 9. cap. 65. Plin. lib. 37 cap. 10. Isido. lib. 16. Albert. lib. 2. cap. 4.

Dionysia] Dionysius Bacchus est, quasi Διὸς, hoc est Iouis filius. Hinc dicta hæc gemma Dionysia, ꝙ uini fragrorem habeat, ut Isido. lib. 16. Fragrare] id est odorem spirare, quia specie fracta, odor redditur maior. Odore fugatur] Sobrio adhuc homine, uetat ne inebrietur sitiēs. Nam odor ex hoc lapide, bibendi desiderium faciat. Talis ad extremos fines Indiæ est terra,

ra,ab oriente circa fontem Gangis, quæ ex uehementi fragrore florum,herbarum & syluestrium malorum, Astomorum gentem absq; cibo & potu nutrit:si tamē fidem quæris,legito A.Gell.lib.9.cap.4.Plin.lib.7.

Ordine naturæ] Secum dissidet natura, cum lapis ex aqua uinum elicit. Sed quosdam est reperire,q̃ præter naturæ dissidium ex uino eliciant aquam: potissimum cum bibunt,ut oculos lachrymis obortis fluentes,crebro tangere cogātur, aquam à uino separātes, quam immiscēt caupones,in hospitum (ut ipsi dicūt) gratiam,ne cito ebrietatis sentiant fœdissimam ac turpissimam molem,cum uinum tale, sit præsentissimæ ebrietatis efficax.Nam Aristote. Vinum,inquit, per se crassius,accessione aquæ factum subtilius,citius penetrat angusta formina capitis:meri noxam, cuius adhuc multam uim obtinet,eodem transmittens.

At quoniam in ebrietatis mentionem incidimus, nō inscitum,opinor,quę nobis uaria suggerit lectio, huic potissimum parti subscribere: de his nempe quæ ebrietatem discutiāt,ut est lactuca,quæ non in prooemio cœnæ ad conciliandam appetentiam, ut Plinius disputat lib.19.cap.8.habenda, sed in fine: quoniam insita frigiditate retundat ebrietatem lactuca, si uerus est Cælius li.14.Proinde Martialis distichō noti⁹ sit:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes?

Recensentur à Plin.li.23.ca.8.& amariores amygdalæ,de q̃bus Pallidius de Agricultura libr.2. Quoniam amaritudo illa exiccandi habeat uim, nec oppleri uenas permittat, quibus præter modum distentis obturbatisq;,contingere ebrietatem credimus, peritis.Suggerit & aliud testimonium Plutarchi, dulcia si infundantur uino,ebrietatem discutere.Proinde medicos peritiores iubere,q̃ se amplius inuitarint,quieti sese daturos,melle litum panem uorare, quoniam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

meracam potionem hebetet dulcedo. Tu autem salubrius si uis habere remedium, ut tutius ab ebrietate bibas, parcius bibe. Harum rerum mentionem Macrobius facit libro septimo, capite septimo.

Chryselectrus. 60.

† Chryselectrus ‡ auris.

Ast † Chrysolectrus similis describitur auro,
Cuius ad electrum color inclinare uidetur.
Hic matutinis uisu iocundior † horis,
Dissimilem speciem post aspicientibus offert,
Cuius materies rapidissima dicitur ignis:
Nam cito uicino correptus flagrat ab igne.

Alardus Aemstel.

Ast Chrysolectrus] Plinius lib. 37. cap. 9. Tametsi iam expertes gemmarũ usu appellãtur aliqui, et Chryselectrum in colorem electri declinãtes, matutinus aspectus iucundior &c. Cuius ad electrum] Plinius li. 3. cap. ultimo. Iuxta eas electridas uocauere, in quibus prouenit & succinum, quod illi electrum appellant, uanitatis Græcæ certissimum documentum: adeo ut ijs quas earum designent haud quaquam constiterit. Plinius cap. 2. & 4. libri ultimi. Grȩci succinum ἤλεκτρον dicunt. Seruius super 8. Aeneidos lib. refert esse tria electri genera: unum ex arboribus, quod succinum dicitur, aliud quod naturaliter iuuenitur, tertiũ quod fit de tribus partibus auri, & una argenti. Est autem electrum gummi, populorum, arborum, quod si candidum fuerit præstantissimum reddit odorem, eius natura est, ad lucernarum lumẽ clarius argento splendere. Rhennius: Nascitur electrum prȩfulgens luce natenti. Lucanus de Electro siue oloribus. Ouidius 2. Transfor. Iñ fluũt lachrymæ, stellataq; sole rigescũt De ramis electra nouis. Ver. in Cyri. Choralio mouit fragili, & lachrymoso electro, Quod fieri ferro, liquidoue potest electro. Apud ueteres Græcos sol ἠλέκτωρ .i. Elector dicebatur. Putant autem sorores Phaëthõtis fulmine icti, nimio fletu in populos arbores mutatas

tas, lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum uocamus. Nam cito uicino] Vt ad Chrysolectrum etiã procul uisum, ignes transiliunt ob naturæ cognitionem: Ità ingenia uirtuti nata statim eam arripiunt.

De Chrysolectro Plin. libro 37. cap. 3. Aristo. in lapidario suo. Vincentius libro nono cap. 59.

Pictor. Villing.

Chrysolectros] dictus quasi aurei coloris: est enim colore Electri quod uocatur, eo quia solis radius auro clarius luceat & argento, testis Isido. Nanq; ἠλέκτωρ ορ-, sol per epitheton dicitur, quia homines ἀλέκτρους, id est sine lecto faciat, hoc est à somno excitet, uulgo geler augstein. Id olim Germani uocabãt gẽtilit glesum, q; instar uitri pelluceret, Germani enim nitrum Glass appellant, testis est Corne. Tacitus. Rapidissima materies) Validissimum enim elementum, omnia conuertens in sui naturã est ignis, unde futura est uniuersi resolutio per huius conflagrationem. Hic lapis collo alligatus, medetur febribus. Tritus cũ melle rosaceo, aurium uitijs. Et si cum melle Attico conteratur, oculorum quoq; obscuritatibus. Stomachi postremo doloribus, uel per se farina eius sumpta, uel cum mastice ex aqua pota nimium conducit, Hæc Plinius.

De anuli lapidumq; repertore.

ANulus ut gemmam digitis aptandus haberet,
Dicitur in primis fecisse Prometheus usum,
Caucaseæ rupis quem fragmina† lucida ferro † scrupea
Inclusisse ferunt, digitoq; recepta tulisse.
Aetas posterior iunxit preciosa metalla,
Et lapides caros adiecit, & insuper artem,
Insuetamq; manum triplici uestiuit honore.
Sed fraus intactum quia nil humana relinquit,
(Inuida naturam dum scilicet ars imitatur)
Veras à falsis labor est discernere gemmis,
Callida quas didicit †uitro simulare doloso, †uultu

Dum ueram speciem mentitur adultera forma,
Inde fit ut uirtus gemmarum nulla putetur,
Ignaros quoties tentata probatio fallit.
Sed ueras species (fuerint si rite sacratæ)
Effectus miri procul ambiguo comitantur.

Alardus Aemstel.

Anulus ut gemmam digitis aptandus haberet] Aliâs, Anulus ut gemma digitis aptandus adhæret. Lege adagium. Anulus aureus in naribus suis: Quod refertur à Salomone Prouerbiorum capite 11. Martialis, Sæpe grauis digitis elabit anul⁹ unctis, Tuta mea fiet sed tua gemma fide. F. de auro & argento leg. L. uestis. Ornamenta muliebria sunt, inquit Vlpianus, quibus mulier ornatur, ueluti inaures, armillę, uiriolæ, anuli præter signatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornādi causa: Quorum in numero hæc sunt, aurum, gemmę, lapilli qui aliam in se nullam utilitatē habent. Mūdus muliebris est, quo mulier mundior fit. Margarita ita si non soluta fit, uel qui alij lapides si quidem exemptiles sint, dicēdum est ornamentorum loco haberi, sed & si in hoc sint soluti, ut recomponantur, ornamentorum loco sunt, quod si adhuc rudes sint lapilli, uel Margaritæ, uel gemmæ, ornamentorum loco non erunt. Illud non iniucundū scitu, quod anulus insigne erat equestris ordinis, quo à plebę distinguebatur: utebantur tamē eo senatus & nobilitas. Plin. lib. 33. Promiscuum cuius usum fuisse bello secundo Punico scribit: Nam alioqui, inquit, nō potuissent trinodia illa anulorum Carthaginem ab Hannibale mitti. D. August. lib. 3. de ciuitate dei cap. 19. Vnde tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit, &c. Rodolphus Agricola. Apud ueteres aurei anuli erant insignia equestris ordinis: qui id ius habebāt, hi equites uocabantur. Vnde Horatius dicit in Arte. Romani tollent equites peditesq́ꝫ cachinnum.

Quos

Quos nunc uulgus milites uocant: cum quibus & hodie ius est aureorum ornamentorũ, equites aut equestris ordinis uiri dici debent. Miles uerò est ille, qui in bello armatus operam dat, quos hodie indocti stipendiarios uel satellites, uel quid uis aliud uocant, ait ille. Illud admonere libet, quòd olim remedia quędam anulis inesse creditum est: uelut aduersus serpentũ morsus, aut morbum aliquẽ, aut fascinationem. Apud Aristophanẽ Pluto, iactãti annulum magicum, in quò remedium esset aduersus omne malorum genus, respondetur, ἀλλ᾽ οὐκ ἔνεστιν συκοφάντου δήγματος. i. aduersus ictum sycophantę non est, subaudiendum pharmacum, id ẽ, remedium. Liuius ab urb. cond. lib. 1. decad. 1. Additur fabulæ, ꝙ uulgò Sabini aureas armillas magni põderis brachio leuo, gemmatosq́ꝫ magna specie anulos habuerunt: pepigisse eã, quod in sinistris manibus haberent, eò scuta illi pro aureis donis congesta. Fecisse Prometheus usum] Plinius in Proœmio libri ultimi. Fabulæ primordium à rupe Caucaseoq́ꝫ: tradunt Promethei uinculorum interpretatione fatali, primumq́ꝫ saxi fragmentum inclusum ferro, ac digito circundatum, hoc fuisse anulum, & hoc gemmam. Idem capite primo. lib. 33. Pessimum uitæ scelus fecit, qui anulum prim⁹ induit digitis, nec hoc quis fecerit traditur. Nã de Prometheo omnia fabulosa arbitror, quanq̃ illi quoqꝫ ferreum anulum dederit antiquitas, uinculũq́ꝫ id non gestamen intelligi uoluerit. Caucaseæ rupis] Ouidius lib. Transfor. primo. Pli. ca. 56. lib. 7. Augu. lib. de Ciuitate dei 18. cap. 8. Seruius Honoratus Grãmaticus sic refert fabulam hanc: Prometheus post factos à se homines, dicitur auxilio Mineruæ cælum ascendisse, & adhibita facula ad rotam, Solis ignem furatus, quem hominibus indicauit: ob quam causam irati Dij Prometheum per Mercurium in monte Caucaso religauerũt ad saxum, & adhibita est aquila, quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

eius cor exederet. Vergilius in Bucoli. Concaſeaſque refert uolucres, furtũq; Promethei. Martial. in primo. Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus, Aſſi duam nimio gutture pauit auem. Statius lib. 11. O furor, ò homines, diræq; Prometheos artes. Tripli ci ueſtiuit honore] Plutarchus Sympoſ. lib. 1. Aulus Gellius lib. Noct. Atti. 10. ca. item 10. Macrobius ca. 13. libro Saturnaliorum 7. Cælius lib. Anti. lectio. 3. cap. 26. Prouer. 20. Magni fiunt aurum & gẽmæ, ſed precioſius uas labia ſcientię ſunt. Rodolphus Agricola. Gemma nihil, nihil eſt aurũ, niſi terra: ſed arte Creſcit honos, artem ſecula nulla premunt.

Iunxit precioſa metalla.] Claudianus. Quid fului uaſta metalli Congeries. Idem, Fulgẽtes uiridi ramos curuata metallo. Statius lib. 3. Syluarum. Sed nitudos poſtes, Graiiſq; effulta metallis Culmina. Veras à falſis labor eſt] Certiſſimum indiciũ ex collatione naſcirur. Vnde emptores mercaturi purpuram, ne fallãtur, alteram adhibent purpuram: Hinc illud Gręcorũ prouerbium, ἡ πορφύρα πρὸς τὴν πορφύραν διακριτέα, id eſt, purpura ad purpuram diiudicanda. Plęraq; per ſe habent admirationem, ſed admotis iis quæ ſunt eximia deſinunt eſſe admiratiõi: ut lana tincta fuco, citra purpuras placet, at ſi contuleris, etiam lacernæ conſpecta melioris obruatur, ut Ouid. ait. Plin. cap. 12. ultimi libri. Veras à falſis diſcernendi magna difficultas, quippe cum inuentum ſit ex ueris gemmis in alterius generis falſas traducere: Neq; eſt ulla fraus uitæ lucroſior.

Mentitur adultera formam.] Mẽtitur dixit pro imitatur, effingit, ac præſe fert. Ad eundẽ modum utitur & D. Hierony. in quadam ad Ruffinum epiſtola. Et humanos pro diſpenſatione carnis mentitur affectus. Vergilius in Pollione. Nec uarios diſcet mentiri lana colores. Quidam Galieni uxori gemmas uitreas pro ueris uendiderat: re comperta, mulier flagitauit

uindictam

uindictam, Cæsar iussit hominem corripi, quasi leoni obiecturus. Dein in caueam, dum impostor & populus expectat terribilem leonem, prosilijt capus. Cunctis rem tam ridiculam mirantibus, per Curionem dici iussit: Imposturam fecit & passus est. Eadem opera fefellit impostorem & irrisit uxorem. Tentata probatio fallit.] Plin. cap. ultimo libri ultimi. Translucẽtes matutino ꝓbari censent, aut si necesse est, in quartã horam, postea uetant. Lege adagium, Lydius lapis, siue Heraclius lapis. Fuerint si rite sacratę] D. Augu. lib. de doctrina Christiana 2. ca. 29. Idẽ alibi dicit (nisi fallor) q̊d per has dæmones alliciunt. Vnde & Solomon inclusisse sub gẽmis & in anulis legitur. Sed sicut in peccato primi hominis, oĩs creatura corrupta est: Sic etiã cum ipsis uirtutes, quæ post pctm̃ in eis remãserant, per attactũ & usum immundoꝝ & impioꝝ hominũ, præcipue & lapides corrumpunt, sed sanctificatione cõsecrationis ad uirtutũ efficacias reparant. Hæc ille. Omnes creaturæ maledictę sunt, propter peccatũ hominis. Geñ. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Pictor. Villing.

Fecisse Prometheus] Consentit huic inuẽtioni nõ admodũ Pli. li. 33. ca. 1. & in ꝓœmio li. 37. utpote cui fabulosa uideatur. Nam ꝙ Prometheo anulũ ferreum asscribant, magis uinculũ q̃ gestamen ornatus in digito esse asserit. At cur uinculum intelligi uelit Plin. apertissime patet ex Luciano, q Prometheũ uinculis qbusdam fortissimis Caucaso adligatum fuisse effinxit.

Anulus] Super anulis nẽpe, quid physicus, æstiuus leuis, pronubus, lege Ludouic. Cęlium Antiq. lect. li. 3 ca. 20. qui eam rem nõ ineleganter tractauit. Digitis aptandus] Anulum in digito, qui minimo uicinus est, quem medicinalem uocant, gestari debere, ex autoribus cognoscitur. Constat enim neruum ab eo uno digito ad cor hominis pergere ac peruenire, ut ita non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

inſcitum receptum uideri poſſit, eum potiſſimum tali honore decorandum, qui continens & quaſi connexus eſſe cum principatu cordis uideatur. Lege Macrob. libro 7. cap. 13. Satur. A. Gell. lib. 10. cap. 10. Prometheus.] Promethei in Caucaſo mõte religati meminit Quint. Curtius rerũ geſtarum Alex. Mag. lib. 6. Quid autem Caucaſus, Strabo Gęogra. lib. 11. dicit. Et quia notæ ſunt eiuſmodi hiſtoriæ, prętereũdas cenſuimus.

Specioſa metalla] Scribunt quidam ꝙ antiquitus aut homicidæ aut adulterantes ſimiam circunferre, quoquò irent, ſint coacti, hac tamen lege, ut ſimiæ anũ is qui crimen patraſſet ad os ſuum haberet. At quia id probri exceſſnm plus æquo uehementem præ ſe ferebat, ſtatuerunt ut ſimiæ loco à ceruice pendentis, anulum ferreum in digito haberet, flagitij ſymbolum. Quod quidem Romanis nobilibus cum pulchrum uideretur, & magis honeſtum q̃ dedecoris, aureos fecerunt, peſſima uitæ ſcelera (ſi Plin. credendum) quibus poſt uſi ſunt ad noſtra ſecula. Habes tamen apud Plin. multa alia. Hæc ſaltem appoſuimus, enarraturi quæ metalla poſt ferrum ætas poſterior adiecerit anulo.

Et claros lapides) Gemmæ olim anúlis incluſæ in effigies uarias per ſculptores formabãtur ſignãdi gratia. Quemadmodũ D. Auguſtus initio imperij Sphinge ſignauit, mox Alex. Magni imagne, nouiſſime ſua, ut referunt Plin. lib. 37. cap. 1. & Suet. in uita Auguſti.

Nihil tamen uetat ꝙ lapides aliquando non arte, ſed natura (rerum magiſtra) in effigies formatos inueniamus. Talem Pyrrhus habuit, qui cõtra Romanos bellum geſſit. Vide Plin. lib. 37. cap. 1. & Vincentium in ſpeculo naturali. lib. 9. Tit. 35. ubi conſimiles ſunt adſcripti, & à rege quodã Perſarum in templo Apollinis ſignati. Habes quoq; grauem adeo teſtem Albertum de Mineral. lib. 1. tract. 2. cap. 8. Artem adiecit] Dioſcorides ſculptor in gẽmarum artificio optimus,

D. Augu.

D.Augusto gemmam signatoriam fecit multa arte adhibita: Necnõ Samius Theodorus Policrati Samiorum regi Smaragdum suum uel Sardonycem, ut Pli. & Vincentius lib.9.Tit.31. Triplici honore] Metallo, lapide & arte. Sed fraus intact.] In herbis quidem est mediatrix, operatio naturæ (ut est in libro de natura rerum) uidelicet ꝙ per hanc aut calidæ aut frigidæ sint: Sed in lapidibus est uirtus adeo perfecta, ut sine ullo medio tantũ à deo uenire credantur. At fraudulenta in tantum est nostra ætas, ut nihil (licet à deo uim habeat suam) intactum, uel ut Plinius 14. ait, intentatũ permittatur. Vnde non minus recte q̃ eleganter idem Plinius dixit lib.7.cap.28. Plurimum refert in quæ cuiusque rei uirtus tempora inciderit.

Inuida ars] Alchumiam aut Chalcomiam innuit, quibus Mangones astuta & ingeniosa solertia in uendendis gemmis hominibus imponũt, ut deceptorias uel adulteratas, aut quas ficticias uocant, loco uerarũ non sine magno lucro (quia non est fraus uitæ lucrosior gemmis, teste Plin. lib.37.cap.12.) exponant. Nẽpe cum lapis minoris precij accipit formam alterius maioris, Vt cum perforant Amethystũ & implent furtiuo colore: Vel cũ ex Crystallo Smaragdum faciunt, unde ueras à falsis discernendi magna difficultas innata, inquit idem Plinius in præfato libro.

Tentata prob.] Experimenta quatuor modis constare inuenio, Primum pondere, nam artificiales lapides sunt plerunꝗ leues, naturales, ponderosi: Smaragdum excipias. Secundum, omnes cognoscendi naturales non accipiunt limam, nisi Smaragdus & Topazion. Tertium, lapis natura formatus, quo magis inspicias, eo magis delectat & pascit oculos, sed non satiat. Quartum, ignis est gnomon & certissimus index, adulterati enim per hunc uel consumuntur uel maculas accipiunt peregrinas, cum ueri euadant illæsi, ex-

cepto Chrysolectro. Sed cui hæc non satis sunt, legat Plinium libro 37.cap.13. Et Speculum naturale lib. 9. Titulo 33. Rite sacratæ] Sacratæ pro ueueratæ positum est, nam adeo uenerationem suam expetunt, Vt Diadochos (quando Plin. credimus) si mortuo applicatur, uim omnem amittat. Hephestites, nisi hominis sinistrũ latus ubi cor est occupet, desinit esse quod est. Smaragdum regem quendam Vngariæ in anulo coitus hora cum uxore sua habuisse constat, sed lapidem propter impatientiam non seruatæ castitatis in tres partes diuisum, scribit Albertus libro secũdo Mineral.ca.17. Et Siluaticus Pandecta.ca.472. Gemmis à gum.] Huc testem adducẽdum habeo Isidorũ li.16.

De gemmis in uniuersum.

GEmmis à gummi nomen posuere priores,
Quòd translucerent gũmi splẽdentis adinstar:
Quæ non translucent cæcas uoluere uocari,
Nomine sed lapidis species signantur utræq;:
Propter quod lapidum titulo liber iste uocatur.

Alardus Aemstel.

Gemmis à gummi] Plinius lib.13.ca.11.& li.24. cap.11. Gemma est unio quam & margaritum uocãt: ea nascitur in conchis purissimis, non aliundè concepta, quàm ex ipsis conchis, quibus cohæret. Plinius è rore cœlesti concipi putat, ac miram habere cum cœlo cognationem. Lege Plinij caput 35. libri 9. Martialis lib.8. Cedet Erythræis eruta gemma uadis. Quòd translucerẽt] Manilius, Et perlucentes cuperet prænsare lapillos. ff. de auro & argẽto leg.l. Et si non sunt. Gemmæ autem sunt perlucidæ materiȩ, quas (ut refert Sabinus lib. ad Vitellium) Seruius à lapillis eò distinguebat, quòd gemmæ essent perlucidæ materiæ, uelu ti Smaragdi, Chrysolithi, & Amethysti. Seruius li. Aeneidos primo, & Placidus sexto, Thebaidos annotãt, parum multos gemmam à margarita separare, quod

itá

ità uidetur uoluiſſe Cicero, cum dicat, Nullam gemmam aut margaritam, &c. Horatius, Vel nos in mare proximum Gemmas, & lapides, aurum & Summi materiam mali Mittamus, ſcelerum ſi bene pœnitet. Alexander Seuerus Imp. Roma. ſemel duntaxat dum conſul eſſet picta toga uſus eſt. Gemmas reiecit ut res muliebres, dictitans in Vergilio & plures & meliores gemmas eſſe. Suetoni. in C. Cæſare, Ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam, cui & proximo ſuo conſulatu ſexagies ſeſtertium margaritam mercatus eſt Diocleſianus primus gemmas ueſtib. calciamētisq́ȝ inſerui iuſſit, dum ſola purpura initio principes uterentur. Vt autor eſt Oroſius de temporibus. Valla libr. 6. cap. 64. Gemma dicitur omnis lapillus precioſus, ſiue perlucidus, ſiue non. Gemmæ autem non dicuntur lapilli, niſi per ſubintellectionem precioſi, nam ſi grandes eſſent, pretioſi uocari nō poſſent. Margaritum nō continetur ſub gemma. Gemmi ſplendentis ad inſtar] Ouidius in epiſtolis, Nec premit articulos lucida gemma meos. Statius lib. 6. Teretesq́ȝ hic undiqȝ gēmæ Irradiant. Nomine ſed lapidis] Valla libro ſexto cap. 64. Lapillus & gemmarum, & margaritorū commune eſt uocabulnm, ſub intelligiturq́ȝ precioſus, q̊d ſi maiuſculi fuerint, pretioſi lapides dicuntur: nam quod Serui⁹ ſcribit gemmas diuerſi coloris eſſe, margaritas uero albas, uel gemmas integras, margaritas pertuſas, ridiculū eſſe uult Sipontinus. Iam uerò q̊d Sabinus, & Pōpo. iurecōſulti margaritas ſcribūt lapillorꝫ noīe nō cōtineri, falſum eſſe multorꝫ exēplo docet. Curtius. Lapilli aurib. pendēt. Idē. Pēdebant ex aurib. inſignes cādore & magnitudine lapilli. Ouid, li. 2. Eleg. Nec medius tenues conchas, pictosq́ȝ lapillos Pōtus habet. Horat. li. 1. Epl̃arꝫ. Deterius Lybicis olet aut nitet herba lapillis. Martia. lib. 5. Cui nec lapillos ꝑferas Erythræos. Idē: Iſſa eſt carior Indicis lapillis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Apoc. 21. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt. Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus.

Epilogus.

† excerpta

HAec ex innumeris † excepta uocabula gēmis,
Sufficiant nostro collecta labore teneri,
Quæ decies senis distincta patent capitellis.

Alardus Aemstel.

Hæc & his similia testimonia lector optime, hinc atq; hinc plusquā tumultuario studio fortasse nimis ambitiose conquisiuimus, atq; adeò alba (quod aiunt) amussi quiduis congessimus: non quo longius redderemus opusculum, sed ut hac sane in parte, mirè inopem rem literariā, quibusquibus possemus adminiculis utcunq; locupletaremus. Equidem paulo facilius est dicere, exquisitam lapidum cognitionem à multis etiamnum desiderari, quam instaurare, quod desideratum est. Iam uero cum sacræ scripturæ interpretes, nimium sæpe perperam citent hæc lapidum uocabula, & plane ignorent, quid distē tæra lapillis, quorum (ut absit inuidia dicto) in primis sunt Neoterici quidam: Proinde operæpretium duxi indicare, ut petant studiosi uerum eorum etymon simul & intellectum. Quæ quisqs scire uolet, ex illis paratum erit inquirere. Sufficit hoc pacto quærere uolētibus aperuisse uiā. Hoc ideo admonendum putauimus, quo docti, quib⁹ plusculum & ingenij & otij suppetit, hāc syluulam limatius dedolent iuxta ac perpoliant.

MARBODAEI SIVE POTIVS INcerti autoris uersus aliquot hacten⁹ desiderati.

Capnites.

CApnites specie crystallinus optima gemma,
Facundos faciens, curansq; potenter hydropē,
Magna sui gerulis est uirtus & medicina.
Reddit formosos, & cunctas mitigat iras.
Pellit & ipse metus, fit gratia se comitanti.

Ophthalmius.

Magna

MAgna salus oculis Ophthalmius esse ꝓbatur:
Sed fures utuntur eo,& quos nemo tenere
Hoc p̃sente potest, cur hoc fit, nouerit autor.

Obsianus.

OBsianus lapis est,incerta repellere semper
Somnia qui potuit,securus eo comitante,
Qui dormire potest,nõ illum somnia fallunt.

Ignites

IGnites lapis est,cui subuitreus color esse
Cernitur,& mundus, qui fluxum sanguinis omnẽ
Stringere consueuit,tantum sit fronte ligatus.
Infirmos aliena loqui uetat hęc quoq; gemma:
Verrucas,nœuosq; fugat,Stygesq; malignas
A pueris arcet,quorum sitiere cruorem.
Conflagrare uides incendia forte domorum,
Si tamen hunc adhibes,incendia sponte quiescunt.

Diadochos.

DIadochos specie,similisq; colore Beryllo,
Plus omni speculo probat effigies speculantũ:
Et nullus lapidum tantum medicatur adustis.
Hic ubi defunctis adhibetur,sistere fertur
A uirtute sua,fit hebes,neq; lenit adustos.

Exebenus.

EXebenus lapis est albus,satis & speciosus.
Hac gemma manus aurificũ dũ lympidat aurũ,
Nil magis appreciat,nil illi charius illa.
Hæc ualet ad stomachum,si sit conspersio facta
Cum uino uel aqua fractæ de puluere gemmæ.
Nouit & Exebeni uires insanus & amens.
Conseruat partum,citò liberat & parientem,
Si dextro femori connexus erit parientis.

Lingurus.

LIngurum prægnans,lingurum si gerat infans,
More suo minus ut timeant,lingurus habebit.
Regius & morbus linguro uincitur hausto,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Si teris in uino permixto puluere gemmæ.

Daphnius.

DAphnius eximius facit ut lymphaticus om̄is,
Se præsente statim mereatur habere salutem,
Daphnius assueuit requiem dare dæmoniosis.
Daphnius ad fluxum ualet & compescit hydropen.

Mennonius.

MEnnonius morbos, languores atq; tumores,
Virus & omne fugans, inimicitiasq; repellēs,
Facundum reddit, firmum facit atq; fidelem,
Quenq; sui gerulum: uicerunt prælia reges,
Euasere necem causis capitalibus acti,
Præside Mennonio, quem qui gerit effugit iras.
Nauita naufragium nunquam timet hoc comitante.

Galactites.

IPsa Galactiten lapidem natura uocauit,
Hoc à facte trahens Græcum simul atq; Latinum,
Lac utrunq; sanans, in eodem nomine iunges.
Nanq; γάλαξ Græc, lac dicimus esse latine,
Fœmina deficiens à lacte, per hanc sibi gemmam
Lac suffire potest, cū mulso puluere sumpto.
Contriti lapidis si fœmina respuit haustum,
Vellus ouis grauidæ colló circumliget illa,
Sic galactites super udo uellere sparsus,
Mox plenis puer uberib. lac sugere quibit.

Odontes.

Odontem lapidem si quis uenator habebit,
Si latro, si raptor lapidem gestauerit illum,
Pro uotis succedet eis: quanquam pietatis
Officijs careat, nec erit culpabilis actor
Naturæ lapidumq; deus, qui nil sine causa
Efficit in rebus, cuius sunt omnia facta
Ponderis & numeri mansuræ subdita legi.

Lapis qui fronte nascitur asini.

Frōs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

FRōs onagri uel frons, asini pleruncꝫ tumescens,
Fert lapidem quandocꝫ suum, qui pota uenena,
Atcꝫ uenenosos fertur compescere morsus.
Hunc in aqua radens, ut aquam pallere uidebis,
Mox euasuro dare ne tardes patienti.
Hunc nuce maiorem forma crispante uidebis,
Atcꝫ superficie pallescere non renitere.

Trisutes.

IRim cœlestem tricolor lapis est imitatus,
Nomine Trisutes, iuris facit esse peritos
Iste sui gerulos, regum digitos decet ergo.

Phrygius.

NAscit in Phrygia phrygi⁹, sed hic ē q̃si pumex,
Pumice sed grauior: facit hunc perfusio uini
Follibus afflatum procul ignis uiribus uri,
Et uelut ignitum candescere siue rubere,
Fertur & extingui perfusus nectare tantum:
Vtilis iste lapis tingendis uestibus esse
Dicitur à Phrygijs fullonibus, hiscꝫ peraptus.

Sarcophagus.

SArcophag⁹ lapis est, qui mortua corpora fertur
Ferme quaterdenis consumere posse diebus.
Huius apud Troiam reperitur plurima uena.
Eiusdem generis sunt plurima saxa reperta,
Quæcꝫ etiam erodunt uiuentia corpora tactu,
Et minus obseruant, quæcuncꝫ cadauera claudunt.

Specularis lapis.

COpia dat uilem, licet insignem Specularem:
Hunc primum lapidem terris Hispania misit,
Nunc legimus multis regionibus hũc reperiri.
Hic effossus humo, sic fissilis extenuatur
Quaslibet in crustas, ut uitro tenuior omni
Cernatur, necꝫ iam nisi uitrum credere possis.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

PRAECIPVAE LAPIDVM PRECIOSORVM gemmarumq́ explicationes, ex uetustiss. quibusque autoribus coactæ per Alardum Aemstelredamum.

Philo Iudæus libro Biblicarum Antiquitatum.



ET exculpsit in his nomina tribuũ, Et surgens Tenezin crastinum, inuenit lapides illos duodecim super uerticẽ montis, ubi ipse posuerat illos septẽ. Et sculptura eorum erat talis, ut tanquam oculorum forma designaretur in eis. Et primus lapis, in quo scriptum erat nomen tribus Ruben, consimilabatur lapidi Sardino. Secũdus autem lapis sculptus erat de dente, & ibi exculpto nomine tribus Simeonis, similitudo Topazanis uidebat̃ in eo. Et in tertio lapide sculptũ erat nomen tribus Leui, qui Smaragdino lapidi erat similis. Nam quartus lapis Crystallus nominabatur, in quo erat sculptum nomẽ tribus: inde & lapidi Carbunculo similabatur. Quintus uero lapis erat Prasinus, & super ipsum sculpta erat tribus Isachar, & lapidis Sapphiri color erat in eo. Et sexti uero lapidis sculptura erat tanquã Chrysoprassus esset, diuersis distinctionibus signatus, & ibi erat scripta tribus Zabulon, & lapis Iaspis assimilabatur ei. Nam septimi lapidis resplendens sculptura, ostendebat in se uelut infusum liquorem profundi: & ibi scriptum erat nomẽ tribus Dam, q lapis assimilabatur lapidi Liguro. Octauus lapis sculptus erat de Adamãte, & ibi scriptum erat nomen tribus Neptalim, & Ametystho lapidi assimilabat̃. Et noni lapidis sculptura erat terebrata ex mõte Ophir, & ibi scripta trib⁹ Bad, & lapis Achates assimilabatur ei. Et lapidis decimi sculptura excauata erat

ta erat, & expressit similitudinem lapidis Theman. & ibi erat scriptura tribus Aser, & lapis Chrysolitus assimilabatur ei. Et undecimus lapis electus de Libano, & ibi scriptum erat nomen tribus Ioseph, & lapis Beryllus simulabatur ei. Et lapis duodecimus excisus de excisiõe, & super ipsum scripta erat tribus Beniamin. & lapis Onychinus simulabatur ei.

Hegesippus de excidio Hierosolymitano libro quinto, capite nono.

INter omnia tamen opera tẽplum præcellebat amplissimo opere, & fulgenti marmore, in quo erat peripetasma preciosum, maximum, cocco & hyacintho, byssoq; intextum & purpura. Non otiosa materia tantæ diuersitatis, sed cuius species materiam rerum latentium significaret: eo quod eius esset templũ qui cælo, & aëri, terræ, & mari quasi creator elementorum dominaretur, atq; omnia solus regeret & gubernaret. Cocco enim igneum cælum figuratur: Hyacintho aër: bysso terra, q; in ea nascit: purpura mare quæ conchylijs maritimis inficit, ut duo ex colore, duo ex generatione colligat. Deniq; princeps sacerdotũ hæc quatuor indumento suo exprimere consueuerat, quando maxima celebritas festorum dierum erat, quasi totum mũdum indueret, ut pro populo supplicaretur, in eius figuram, qui uenturus erat princeps sacerdotũ Iesus, qui tolleret pctã mũdi. Femora princeps sacerdotum linteo interius operimento tegebat, eò q; pro cæteris in sacerdote fides quæritur, & corporis testimonia, quæ succingere debent carnis intemperãtiam.

Rabbini. Apud Samuelem libro I. cap. 20.

ET sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. Ezel appellatiuum nomen est, non proprium alicui⁹ lapidis, sed quiuis lapis hoc nomine adpellatur, qui uiam facientibus iter metitur aut commonstrat.

ſtrat. Nomen eſt uerbale deductum à uerbo azal, quod
Hebræis tranſire aut recedere ſignificat. Duo illi lapi-
des ex arca fœderis deprompti, qui in hoſchen hoc ē,
ueſtitu pectorali ſacerdotis erant, in quibus non ſecus
ac in ſpeculo aliquo perfecto & pellucido reſplende-
ſcebat diuina uolũtas: unde etiã lapides illi dicti ſunt
illuminationes & perfectiones: idq́ τυπικῶς, ꝙ adum-
brarent omnem illuminationem perfectionemq́ non
aliunde petendam, quã è pectore ſacerdotis, in quo per
fecta notitia dei ac legis eſſe debebat, non conſulenda
eſſe oracula dæmonum, neq oraculis illorum fidendũ
eſſe ſignificabant. Hęc Rabbini diſſerunt contenti la-
pidum ſignificatiõe, de nominibus ꝓprijs ipſorum
quibus dicti fuerint, omninò ſilent, ſic ut non recenſe-
ant nomina propria ipſorum myſterij loco, ut id quo
que textum intuentibus liquet. Porro Ezechielis 28.
quod noſter interpres Sardius tranſtulit Hebræis eſt
odem, à rubore nomen habet, Germanicè Rubijn. Et
quod topazius uertit, lapidem eſſe dicũt Rabbini pre-
cioſum, quem tantum in Aethiopia inuenire eſt: à co-
lore uiridi originem habet, rectius ſmaragdus inter-
pretaretur, nam Rabbi Ionas ait hunc lapidem Arabi
ce uocitari Smerad. Inſuper quod in Latinis Biblijs
iaſpis redditum eſt, Hebræis eſt Iahalom, de quo Ez-
raides ſcribit, uir ſummæ autoritatis apud Hebræos,
hunc lapidẽ eſſe adamanta, cuiꝰ uis ex etymologia no-
minis cognoſcitur: ſic emdr̃ ac nominatur Iahalom, ꝙ
frangat, diuidatq́ gemmas ſummi roboris. Eſt præte
rea apud Latinos, aut ſi malis Græcos, Chryſolithus,
quaſi dicas aureus lapis, Hebræis tarſchiſch: hunc do-
cti quidam Rabbini .i. hyacinthum eſſe dicunt.
Onyx autẽ Hebræis Schoham uocatur: de hoc etiam
Geneſeos capite ſecundo habes. Vbi autem latina Bi-
blia Beryllus habẽt, Iaſchpe, quod uocabulum latinis
auribus inauditum non eſt, Hebræi habent, id eſt, Ia-
ſpis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ſpis, Ionathas autem & Onkelus, à quibus targum, id eſt, Chaldaicam accepimus interprætationem, habet burla. Et quod apud Hebræos eſt Saper, Latinus interpres ſapphirus uertit, addens ei faciem latinæ linguæ. De hoc uocabulo ſcribit Ezraides, quòd gemma ſit quædam rubra. Sed Rabi Geon aſſerit lapillum album eſſe, quem Cryſtallum uocant: Ionathas autem transfert lapidem precioſum.

Carbumculus, Hebræis eſt Nopech, Dauid kimhi ſcribit hunc lapidem colore fuſco & rutilanti eſſe. Poſtremò ubi nos ſmaragdum habemus, Hebræi habent bareketh aut barekath, & à fulgore ac reſplendeſcentia nomen habet: unde lapis eſſet ſimilimus carbunculo, ſi non carbunculus. At bona pars ſentit carbunculum eſſe & coniunctionem, & ſumi interpretatiuè, ut ſit Macrologia.

Carbunculus, qui & bareketh dicitur, Chaldæus barkan habet, qui terminus prorſum idem ſignificat, quod uocabulum Hebraicum, quia ab eodem themate deducuntur.

EX RABBI ABEN EZRA COMmentarijs Exod. uiceſimo octauo. Petro Vbbelio Vuormariano interprete.

IN ſecundo ordine lapidum rationalis aut pectoralis, ubi in noſtra tralatione eſt Iaſpis: magnus quidam Rabbi Hiſpanus ait hunc Arabicè uocari Almam, hoc eſt, Adamantem: perfringentem omnes lapides, ac perforantem Vnionem ſiue Margaritam. Proinde hac re facit etymologia uocabuli, cum deducatur ab halam, quod ſignificat conterere frangereque. In quarto ordine apud Hebræos planè uox Iaſpe, id eſt. iaſpis habetur. In tertio ordine, ubi nos legimus Amethyſtũ Græcè ab ebrietate arcenda dictũ, Hebraica uox deducta eſt ab chalam, quod ſomniare ſignificat,

quia cum quis hanc gemmam in digito suo habuerit, somnia uidebit. Nec mirum est (ut ille inquit) nã uirtus inuenitur in omni lapidis natura, cum sit lapis qui ferrum attrahat, sanguinem sistat, acetum fugiat &c.

Dioscorides libro 5. Capite. 93.

De Corallio.

COrallion (Romani pariter Græcis corallium dicunt) Corallium quod quidam lithodendron, .i. lapideam arborẽ uocant, maris creditur plãta esse durariq́ꝫ: cum ex profundo magis ducta, à circunfuso nobis aêre ueluti candens ferrum aqua mersum temperatur & solidescit. Inuenitur plurimum Corallium ad promontorium Siciliȩ Pachinũ prope Syracusas. Probatissimum est quod rubet, sandarechæq́ꝫ aut sandici colore simile est. Fragile item totaq́ꝫ cõcretione sua æquale, quod terram, muscum, algamq́ꝫ simul olet. Præter hæc ramosum, cinnamomiq́ꝫ modo fruticosum. Damnatur contra quod lapidosum, concretione sua scabrum, cauernosum & inane est. Adstringit Corallium leniter & refrigerat: coërcet excrescentias, oculorum cicatrices exterit, concaua explet, & ad cicatricem perducit. Contra sanguinis excreationes efficacissimum est. Confert urinæ angustijs: lienẽ prȩterea minuit cum aqua potum. Quod autem antipathes dicitur, corallium pariter æstimandum est, specie tantum diuersum: nigro enim colore, magis quam corallium arborescit, ramosiusq́ꝫ est. Easdem habet antedicto corallio uires.

De Phrygio lapide. 94.

PHrygion lithon [Romani lapidem Phrygium uocant] Phrygius lapis quo tingendis uestibus in Phrygia utuntur, unde & nomen inuenit, in Cappadocia nascitur. Probatissimus qui pallet, mediocriter ponderosus, & inæquali coloris concretione est: candidas siquidem cadmiæ modo uenas habet. Co

qui

quitur lapis hic Phrygius optimo primum uino respersus, tum ignitis carbonibus obrutus, & in coctura usq; dum mutato colore ruffescat, follibus uentilatur. Ex igne admotus deinde, eodem restinguitur uino: rursusq; carbonibus obrutus, iterum pariter coquitur & restinguitur. Tertiò itidem coquendus est, curandumq; ne dissiliens frietur, & in fuliginem transeat. Habet crudus coctusq; Phrygius lapis efficacem adstringendi uim. Repurgat item, crustas ignis modo inducit, & ambustis cum cæra medetur. Lauatur cadmiæ modo Phrygius lapis.

De lapide Asio. 95.

ASion lithon [Romani Asium lapidem dicunt] Asius lapis colore pumicis, fistulosus, non ponderosus, friabilis, & uenis in profundo luteis. Flos eius est quæ ruffo colore in summa superficie cõcrescit salsugo, concretione quidem sua tenuis, colore autem cum candido, tum pumici simili in luteum uergente. Linguæ admotus hic flos, eam leniter mordet. Habet lapis, lapidisq; flos adstringendi uim: ambo leniter exedunt, panosq; terebinthina resina aut liquida pice excepti discutiunt: efficaciorem tamen florem existimant. Sictatus hic, præter antedicta, uetustis, & quæ ad cicatricem ægrè perducuntur, ulceribus egregiè medetur. Carnium excrescẽtias reprimit. Purgat cum melle malefica, & quæ fungorum modo concreuerunt ulcera: Concaua itidem explet, & cum melle purgat. Sistit ceræ mixtus, quæ pascendo serpunt. Podagris mixto lomento fabæ emplastri modo impositus medetur. Lienosis cum aceto & calce: tabidis itidẽ prodest cum melle linctus. Conficiuntur ex Asio lapide etiam in balneis pelues, in quibus podagrici pedes utiliter habent. Fit ex eodem etiam farinæ modo puluis, minuendis carnibus utilis: carnosa crassaq; extenuans corpora, in balneis pro nitro illitus. Quod si quis

antedictos florem & lapidem lauare uoluerit, cadmiæ modo lauandi erunt.

De Pyrite lapide 96.

PYritem [Romani pariter Græcis Pyritem dicunt] Ex quo conflatur æs, Pyrites lapis est. Probatur æri maxime similis, & qui facile percussus scintillat. Cremandus Pyrites lapis hoc modo: Madẽtem melle lentis carbonibus imponito, flatuq́ continue donec ruffescat accendito. Quidam multis & ignitis carbonibus copioso melle consparsum imponunt: cumq́ in ruffum transire colorem cœperit, ab igne amouent: flatuq́ cinerem diiicientes, rursus madentem melle coqunnt, donec totus æqualiter contracta siccitare fragilior fiat: sæpe enim sola superficies tantum coquitur: sic deinde coctum siccatum reponunt. Quod si è loto lapide hoc erit, cadmiæ modo lauabitur. Est cocto pariter & crudo uis calefaciendi, exterendiqúe, & repurgandi quæ oculorum claritati officiunt. Durities præterea discutit & maturat. Resina idem excerptus, excrescentia cum caliditate & adstrictione aliqua reprimit. Vocant sic crematum aliqui diphryges, quasi iterum coctum.

De Hæmatite lapide, 97.

HAematiten [Romani pariter Græcis hæmatiten dicũt] Probatissimus Hæmatites lapis qui friabilis, rubeus, aut niger est, in seipso durus & inæqualis: Qui nullas habet admixtas sordes, nec lineis aliquibus uariatur. Est illi uis adstringere, calefacere leniter, extenuare, oculorum cicatrices & asperitates cum melle exterere. Cum humano lacte lippitudines, rupta, & cruoris suffusiones in oculis emẽdat. Contra urinæ angustias cum uino bibitur. Contra muliebres fluctiones itidem, & cruenta sputa cum succo Punici mali. Fiunt ex eo etiam contra oculorum affectiones accommodata collyria & aconia. Crematur

Hæmati

Hæmatites lapis Phrygio similiter, sed nullo uino p-
funditur, urendiq; modus & finis est, cum bullare in-
cœperit, & pondus amiserit. Adulterant eum quidam
lapide, qui Schistos, id est, scissilis dicitur. In quem u-
sum lapidis eius densam & rotundã glebam sumunt:
talis autem pars est, quæ radices eius uocantur: conijci
entesq; in uentrosum fictile feruenti cinere obruunt,
non multo post auferentes, attrituq; in cote probãtes
si Hæmatitę colorem duxit. quem si duxerit, reponũt:
sin minus, iterum nouo cinere obruunt, intuentes con
tinue probantesq;: in feruenti enim cinere illo longi-
us relictus colorem mutat, mox etiam diffluit. Depre
henditur adulteratus, primum quidem diuisuris & li
neis, quas pectinum modo per longitudinem diuisas
habet: at non sic Hæmatites. Deprehenditur pretereà
colore quem hic floridum habet, Hęmatites uero pro
fundiorem & cinnabari similem. Inuenitur Hæmati-
tes præterea in Sinopide rubrica. Quinetiam ex Ma-
gnete lapide conficitur ad extremum cocto: qui uero
per se nascitur, in Aegypto fossilis eruitur.

De Schisto .i. scissili lapide. 98.

SChiston [Romani pariter Gręcis schistum dicũt] Nascitur Schistos lapis in Hispaniæ Iberia. Pro-
batissimus, luteo croci colore aliquo, friabilis, &
in seipso facillime scissilis, concretione, linearumqúe
quas pectinum modo habet, mutua compactione: am-
moniaco, id est, harenario sali similis. Easdem Hæma-
titæ uires habet, minus tamen efficax est. Concaua ex-
plet humano lacte dilutus. Cõtra rupta procidentiaq;
in oculis, crassas item palpebras, & oculorum uuas ef
ficacissimus.

De Gagate lapide. 99.

GAgatem [Romani pariter Græcis Gagatem di
cũt] Probat̃ Gagates, q̃ celerrime accẽsus flãmas
agit, & in urendo bitumĩs odore sentit̃. Niger

plerunq; Gagates lapis, squalet, crustaceus, & nullius ferè ponderis est. Molliendi discutiendiq; uires habet. Comitiales suffitu deprehendit. Strangulatu uuluæ procidentes reuocat. Fugātur eiusdem suffitu serpentes. Acopis & podagricorum remedijs miscetur. Nascitur in Lycia non longè ab ostijs fluminis in mare exeuntis, quod prope Plagyopolim ciuitatem Gagam uocant: prope cuius ostia lapis hic inueniatur.

De pluribus alijs lapidibus, primumq; de Thracio. 100.

THracium (Romani pariter Græcis Thracium dicunt) Nascitur Thracius in Scijthiæ fluuio, qui Pontus dicitur. Potest Gagatæ eadem. Fertur quod in bitumine fit, accendi aqua, oleo autem restingui. Inter magnetes lapides probatissimus est, qui ferrum facile trahit: colore ad çeruleum inclinato: densus itidem, nec magnopere ponderosus. Vis illi est crassa ducere, si cum mulsa aqua pondere triū obolorum detur. Quidam Magnetem coquentes pro Hęmatite uendūt. Qui Arabicus lapis nominatur, maculoso ebori similis est. Tritus hic illitusq; hæmorrhoidas reprimit. Cremati cinis dentifricijs accommodatus est. Qui uero Galactites, id est lactarius lapis dicitur, ꝙ lacteum succum ex se mittit, nomen inuenit: alioqui cinereo colore, & dulci sapore est. Oculorum destillationibus ulceribusq; utiliter inūgitur. Oportet ob glutinosam uim quę illi inest, tritum cū aqua in plumbea pyxide seruare. Melitites, in cunctis lactario similis est. Eo solum differt, ꝙ dulciorē reddit succum. Facit ad eadem omnia ad quæ lactarius. Morochthus lapis qnem aliqui à lacteo candore Galaxiam aut leucographida nominant, in Aegypto nascitur. Vtuntur eo lintreariorum officinæ ad cādorem uestium, quoniam mollis est, & facilime diluitur. Opplendi illi uis esse creditur, ideoq; sanguinem expuentibus

expuentibus utili. Cum aqua idem cœliacis, & contra uesicæ dolores utiliter bibitur. Prodest & contra muliebres fluxiones potus pariter & appositus. Oculorum quoq; mollibus medicamentis miscetur. Explendis cauis eorum ulceribus accommodatus. Destillationes sistit, & in teneris corporis partibus ulcera ad cicatricem perducit. Alabastrites, quẽ Onychẽ etiam nominant, in cinerem crematus, tum resina, piceúe excepto cinere illo duricies discutit. Cũ cera stomachi dolores lenit, & gingiuas reprimit. Thyites, q ꝙ eo medicinalia mortaria fiunt, nomen inuenit, nascitur in Aethiopia, uiridi Iaspidis colore: cum diluitur, lacteo colore conspicitur. Erodit hic ualidissimè, estq; illi præcipua uis purgandi, quæ claritati oculorũ officiũt. Iudaicus in Iudea nascitur, figura glandis, candidus, eleganter & concinne confectus, lineis inter se æqualibus ueluti torno factis. Cum diluitur, nullas habet saporis qualitates. Potest ciceris qualitate collyrij modo in cote attritus, tum cum calidæ aquæ cyathis tribus dilutus potusq;, urinæ angustias soluere, & uesicæ calculos frangere. Nascitur in Cypro Amiantus lapis, scissili alumini similis. Telas ex eo ad spectaculum faciunt, quæ in ignem coniectæ accenduntur quidem, aguntq; flammas, sed nulla in igne amissa parte, nitidiores eo incendio euadunt. Creditur Sapphirus lapis scorpionum ictibus potus aduersari. Bibitur & contrà intrinsecas exulceratiões. Reprimit patereà quæcunq; in oculis excrescunt, uuas, pustulasq;: quinetiam ruptas eorũ tuniculas glutinat. Inuenitur ad Memphim in Aegypto Memphites lapis calculorum magnitudine, pinguis, colore uario. Fertur hic tritus inunctusq; locis, quæ secanda urendaúe sint, sine periculo aliquo omnem in eis sensum extinguere. Selenites, quẽ Romani lunarem dicunt, plærisq; uero Aphrosélenem, id est, lunæ spumã; nomẽ in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

uenit, quam per noctem ad incremēta luminum lunę ple nus inuenitur. Nascitur Arabia colore candido, pellu cidus, minime ponderosus. Dantur bibenda comitia- libus ramenta eius. Quinetiam pro amuleto adligant sibi eum mulieres. Creditur & arboribus appēsus fœ- cunditatem earū augere. Plures Iaspides sunt: in eo- rum genere ali⁹ uiridi Smaragdi colore est, alius gla- ciem repræsentat, saliuæ similis: aërius alius, fumosus alius, fumo ueluti denigratus: Assyrius uocat alius, al bescētibus p trāsuersum lineis renidēs: ali⁹ postremò à terebynthinę resinæ colore Terebynthizon dictus, calai gēmæ similis. Oēs pro amuletis adalligari ferū tur: priuatimq́ femoribus pgnantiū adalligatos, puer perij celeritatē facere. Resonat cōmotus Aëtites, ceu lapide alio intra se cōcepto prægnās. Sinistro brachio adalligatus cōtra muliebriū locorū lubricitatē, fœtus in utero retinet. Parturiētibus tamē à brachio subla- tus, fœmori adalligandus est, ut sine dolore fœtus ex- cludatur. Tritus hic, cæraq́, ligustrino unguento, mu steoue, aut aliquo ex his quæ calefaciēdo sint cōfecta, exceptus, comitialibus magnopere prodest. Plures Ophitæ lapides sunt: graui enim odore & nigro colo re quidam est: quidam cinereo colore & pūctis uaria- tus: alius intercurrentibus candidis lineis: Omnes ad ligati, contra serpentiū morsus & capitis dolores uti les sunt. Læthargo & capitis doloribus priuatim opi tulari fertur, qui candidas habet lineas. Inueniuntur & in spongijs lapides: hi cum uino poti, calculos uesi cæ frangunt. Ex marmore aut pario lapide admixto tauri glutino, lithocolla fit. Potest ignito specillo pal pebris admota incōmodos earum reglitinare pilos. Testæ similitudinem Ostracites habet, crustaceus faci leq́ scissilis. Vtuntur eo in leuiganda cute pro punice mulieres. Bibitur idem cum uino ad, sistendos mēses, drachmarum duarum pondere. Quinetiam si quis

quatuor

quatuor diebus à puerperio biberit, sterilitatē in posterum facit. Idem ex melle contra mammarum inflāmationes utiliter inungitur: & præter hæc sistit quæ pascendo serpunt. Vtilis emplastris, quæ exterendo & exedendo sunt. Smyris lapis, quo gemmas anularij exterunt, facit adhumentes gingiuas, & dentifricijs accommodatus est. Exiccat corporis aquas litoralis harena sole feruens, obrutis usqne ad capita in ea hydropicorum corporibus. Calefit eadem ad sicca fomenta pro sale & milio. Inungitur contra capillorum defluuia, quas alopecias dicunt, expletq́ eas quod confricato in Nasia cote ferramento detritum fuerit. Virginum mammas augeri idem prohibet. Bibitur cum aceto ad minuendos lienes, & comitialibus prodest. Lapis quē quoniā terrā intra se cōplexus est, Græci Geoden nominãt, adstringit, siccat, & quæ claritati oculorum officiũt, purgat. Ex aqua idem inunct⁹ mammarum genitaliumq́ inflammationes sedat.

Hermolaus Barbarus in Dioscoridem Coralliorum lib. 5. Corallium Ca. 974.

QVãtum apud nos Indicis margaritis precium, tantum apud Indos corallio. Gignitur & in rubro mari, sed nigrius: Item in Persico uocatur Iace. Laudatissimum in Gallico sinu circa Orchadas, & in Siculo circa Heliam & Cepranum. Nascitur & apud Grauiscas in Italia, & ante Corniculum, & Neapolin Campaniæ, maximeq́ rube⁹, & ideò uilissimũ Erythris. Color sub aqua uiridis. Baccæ eius candidę ac molles. Extra rubescunt, indurantur q́ ceu corna satiua magnitudine ac specie. Aiunt tactu protinus lapidescere, si uiuat: itaq́ occupari euelliq́ retibus aut acri ferramento præcidi. à quo & corallio quasi curallio, ἀπὸ τῆς κούρας nomen inditum. Nec aliter saneTheophrastus, quàm curallium appellat, à radendo scilicet: ob id & Gorgoniam quoque dictum putatur, itemque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

dendrite, hoc est arboreũ. Probãt q̃ maxime rubẽs & q̃ ramosissimũ: dãnãt inane aut cõcauũ. Autoritas bac carũ Indis utroq; sexu p̃ciosa. Religiosum etiã id ge-stamẽ aruspices uatesq; in primis habent. Priusq̃ hæc notescerẽt, Galli gladios, scuta, galeas adornabãt corallio. Postea Indis uniões suas ꝑ corallio mutãtib. in penuria esse cœpit. Surculi eius infantiæ adalligati, tutelã habere creduntur. Ignib. diu repugnant. Est & lapis corallius, uel ut quidam scribũt, colaris, multum à corallio diuersus, Pyrites à quibusdam appelatus, quoniam sit plurimus ignis illi. Sed est alius etiamnũ Pyrites, in mentionẽ suã seruãdus. Qualis porrò lapis Erythros hoc est rubeus ab Hippocrate significetur, quo mulieres, inquit, explorant, an sint prægnantes, nisi aut corallium sit, aut Pyrites, aut etiã Hæmatites affirmare nihil habeo.

Antipathes 975.

ANtipathes pro genere corallij, quale sit in Plinio, haud facile docuerim: nisi quis intelligat fruticem circa Troglodytarum insulas nascentem in alto, quẽ Isidos plocamon uocari tradit, corallio similem: sine folijs sentiri eum, se capi durariq; colore in nigrum, cum cadat frangi. Theophrastus corallij duo uidetur statuere fastigia: unum quod rubẽs rotundumq; est, ut radicula in mari nascens: alterum huic nõ multum dissimile, quod calamus, inquit, uocatur Indicus, qui duratur in silicem. Plin. inter gemmas numerat corallida nimio similem, quæ in India Syene gignatur. Fortasse per Theophrasti tempora minus erat corallij uulgatus usus.

Lapis phrygius 976.

LApis Phrygi⁹ gleba est pumicosa. Plinius medicinæ utilem negauit.

Lapis Asius 977.

ASius & asia petra dicitur. Est & Assius per duplex ss. ab Asso Troadis, ut inquit Plin. sed al

Asi

Afio diuersus. Ille sarcophagos quoq; noĩatur ab ef-fectu, qualis & in Lycia & in Oriente habet, & in Mysia quoq; inueniri eum Stephanus affirmat. At noster hic per simplex s. fere scribitur ab autorib. nostris, gustu salsus. Corpora defunctorum condita sarcophago, consumi intra quadragesimũ diem, sed illata quoque mortuis lapidea fieri, traduntur. In Oriente adalligata uiuentibus, erodunt ea.

Pyrites 978.

PYriten sunt qui & sideriten uocitent, & androdamanta & bostrichiten. In Cypro reperiri uolunt, & in metallis, quæ sunt circa Acamaniã. Vnum argenteo colore, qui & argyritis à Democrito cognominatus uidet: alterũ aureo. Aliq terreũ genus faciũt, quod plurimũ ignis habeat, põderosissimumq; sit, quos & uiuos appellamus. Hi exploratorib. castrorũ maxime necessarij: qa clauo, alteroúe lapide pcussis excutiuntur scintillę: quæ sulfure exceptæ, aut fungis aridis, aut folijs, celerrime ignem trahunt. Pyrites & gẽma est, nec scio an diuersa ab hac. Nigram esse inuenio, & attritu digitos urẽtem. Pro pyrite in medicinas uenit mylios seu mylitis, cochlax appellatus, hoc est molarius, insula Nysiro plurimus, ab Hipocrate lapis niger, ut Galeno placet. Mylias ab Theophrasto & Aeliano ex Aethna monte fluens, luti nigri modo in *Sicilia*, post durescens colore custodito. Fluunt & pyromachi dicti, ut idem Theophrastus ait.

Lapis Hæmatites 979.

HAematites reperit in metallis. Vstus minij colorem imitatur. Adulterãt schisto, sed distinguũt uenæ rubẽtes. Est & Magnetis genus unũ hæmatites appellatũ. Præter hoc quinq; genera Hæmatitarum tradũtur: Aetiopicũ, cui & principatus datur. Alterũ androdomãta uocãt, colore nigro, pondere ac duritia insignẽ, & inde nomẽ, pcipueq; in Africa. Tra-

here

LApis Magnes,quem & Magnitin Græci dicunt. Item sideritin & Heraclion id estHerculeum.Magnes ab inuentore uidetur appellatus. In India nunc,&passim inuenitur in Hispania quoq; Rupertus autem scribitur clauis crepidarum , & baculi cuspide ferrata hęrentibus,cum armenta pasceret.Quinq; genera eius feruntur.Aethiopico principatum dant,argentoq́; rependitur.Inuenitur in Aethiopia Smiri: Ita uocatur regio harenosa.Ibi & sanguinei coloris, sanguinemq́; reddens,si teratur.Sed & crocum Hæmatites cognomine,in trahendo ferrum non eadem natura,qua cæteri magnetes.Aethiopici argumentum est, quod Magnetem quoq; alium ad se trahit. Secundum genus Magnesiacum,à Magnesia:contermina ei Macedonia:à Bebonea locatum petētibus dextra.Tales ruffi nigriq́; sunt.Tertium in EchioBœtię,ruffi coloris plus habens quam nigri.Quartum circa Alexādriam Troadem,nigrum,& fœminei sexus, ideoq́; sine uiribus.Quintum in Magnesia Asiæ deterrimum: nam & candidus est,neq; attrahit ferrum,similis pumici. In eadem Aethiopia mons haud procul gignit lapidem Theamedem,cui contraria Magneti natura , ferrum omne abigens respuensq́;.Trahitur ad Magnetem ferrum,quia sola fere materia ea uires à lapide cōceptas diu retinet.Aliud apprehendens ferrum, ut annulorū catena uideatur:quod quidem imperitum uulgus ferrum uiuum appellat,uulneraq́; ex tali asperiora fiūt. Lapis hic & in Cantabria eruitur :non ille Magnes uerus caute continua,sed sparsa bubbatiōe,ita appellāt: nescio an uitro fundendo perinde utilis:Nō enim expertus est quisquam : autor Plinius. Ferri utiq; inficit aciem ut Magnes.Dinocrates architectus Alexandrię, templum Arsinoës concamerare cœperat Magnete lapide.Intercessit mors & ipsius, & Ptolomæi regis,qui id sorori suæ fieri cupierat,ut simulachrum eius è fer-

ro pendere in aere uideretur: Quod genus præstigiæ Arabes ad superstitionem suam commenti dicuntur, in eo feretro, ubi autor eius sectæ conditus existimatur. Diogenianus Magnetem argento tam scribit esse similem, ut decipiat. Nec hunc lapidem, qui ferrum ad se trahat, Magnetem, sed Heracleoten appellãdum esse.

Lapis Arabius. 983.

Lapis Galactites. 985.

GAlactites, ait Plini⁹, ex uno colore lactis est, succo quoq; eius & sapore, à quo nomen: De hac intelligat, an diuersa, dubium: quando cineris colore traditur à Dioscoride, non lactis. Est & Galaxia, quam aliqui Galactiten uocant, intercurrentibus sanguineis aut candidis uenis. Nam Chalaxia grãdinum & colorem & figuram habet, unde & appellata est, adamantinæq; duritiæ. Narrant etiam in ignem additæ manere suum frig⁹. Ergo Pliniana galactites, quã aliqui & Leucogageam, & synephiten, & leucographin appellant, uidet̃ ei propior, quæ & marochthos, & leucohraphis, & Galaxia Dioscoridi & Galeno dicitur, ut paulò post liquebit. Vtcunq; infantium adalligata collo, saliuam facere dicitur: in ore autẽ liquescere: memoriam adimere uel iniuriarum. Mittit eam Nilus, & Achelous quoq; amnis. Sunt qui & smaragdum albis uenis circumligatum galactiten, inquit, uocent. Est & gemma galaicos distans ab hac, argyrodamãti similis, paulo sordidior. Inueniũtur autem binę aut senæ.

Lapis Melitites. 986.

MElitites lapis dictus, quia succum tonsus melleum emittat. Differt ab hoc melichrus, cuius plura sunt genera, melleus colore. Differt & melitis à malo, cuius imitatur colorem, appellatus.

Lapis Molochthus. 987.

LApis Molochthus aut Morochtus, siue ut Paulus & Galenus uocauit, Moroxus & Graphis, haud uideo eundem cum eo esse, qui molochitus à colore maluæ dicitur, spissus, uirens, nec translucida, reddendis laudata signis, & infantium custodiæ. Sit autem morochthus, quem Plinius ait in ore liquescere, de quo in Galactite diximus, ex collatiōe Dioscoridis subodorari potest aliquid, dicentis mollem eum esse, diluiquúe facilem: ut uel idem cum Pliniano, uel similis esse uideri possit. Nominatur & morochthos Plinio, sed inter gemmas lacte sudans porraceo. Idem autor & Leucographin inter herbas collocat, nec qualis ea sit, reperisse unquam fatetur, eosdem ei effectus reddens, quos hoc loco Dioscorides, Galenus, cæteri: ut propterea non desint, qui Plinio, quasi pro herba lapidem acceperit, increpitēt. Sed autor grauissimus aliorum sententiam, non suam opere toto recitat.

Lapis Alabastrites. 958.

ALabastrites siue Onyx in Alabastro Aegypti circa Thebas, quem in ædificiorum ornamentis quoque includunt. Nascitur in Syriæ Damasco, candore intercincto, uarijs coloribus, cæteris omnibus cādidior. Probatissimus in Carmania, mox India. Iam quidem & Pyria, Asiaqúe. Vilissimus & sine ullo nitore in Cappadocia. Probatur maximè mellei coloris in uertice maculosi, atque non translucida. Vitia in ijs corneus color atque candidus, & quicquid uitro simile est. Alabastrites ad unguentorum fidem. Vnde uas, id est, Onychem unguentarium uocamus, quod & Alabastum, & Alabastrum quoque dicitur, etiam è uitro interim. Est & onyx inter ostrea, ut uolumine secundo patuit. Habetur & onyx gemma, in qua unguis humani similitudine candorem esse dicunt. Alabastrites porrò & in Ara-

biæ

biæ montibus,& in Germania quoque reperitur: Ex quo & uasa potoria,& pedes lectorum, & sellæ delicijs factæ. Item amphoræ & urcei cadorum magnitudine. Iam columnæ triginta duos pedes longæ. Sunt qui hac amplitudine non onychen sed onychitin uocent. Differt ab Alabastrite Alabandicus, siue Abalandicus: etenim utroque modo legitur. Color alabandico subnigrat ex ruffo. Perspicuus est ut ignis, & quibusdam quasi rimulis uenisqúe dehiscit. Capillos albos attritus inficit. Dicitur Alabastrus Democrito & sal omnis,& calx uiua, quæ de putaminibus ouorũ conficitur. Hæc ipsa encephalos quoque dicitur à chymicis,& marmor Thebaicum & Claudianum.

Lapis Thyites. 989.

LApis Thyites à Plinio mortarium uocatur, quoniam thya mortarium significet, etiam acone dictum Hippocrati, ut Galeno placet.

Lapis Iudaicus. 990.

HIc & Tecolithos uocari cœptus, quia calculos absumat, quod à Galeno falsum existimatur.

Lapis Amiantus. 991

LApis Amiantus ueneficijs resistit omnibus præsertim Magorũ. Hoc quod de lapide Adiante dicitur, texi ex eo uela, quorum ignis uelut aqua sordes eluat, de lapide quodam nascente in Carysto Eubœæ Strabo retulit.

Lapis Sapphirus. 992.

SApphiri aureis punctis collucent, cœruleæ, raroqúe cum purpura. Optimæ apud Medos, nusquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles sculpturæ, interuenientibus crystallinis centris. Sapphirum gemmarij inter Iaspides collocant.

Lapis Memphites. 993.

LApis Memphites gemmantis est naturæ.

Lapis Selenites. 994.

SElenites fulgore melleo perſpicuus, nomine acſcepto, quia imaginem lunæ reddat, in dies ſingulos augeſcentis minuentisq́ numero. Hunc ſemper Galenus Aphroſelenõ appellat. Chymiſtę Aphroſelenon, etiam Comarin, & à leuitate ponderis etiam Cupholithõ, & Argyrolithon quandoq́ uocitant. Habetur & Comaris apud eos Scythica pro arſenico & ſulfure: itemq́ pro lapide philoſophico toties à nobis indicato, coarguendi potius & irridẽdi propoſito, quam monſtrandi. Seleniten Euſtachius alium quoq́ lapidem intelligit, qui & Aſterius & Lychnites uocet, naſcens in Thracia, Pallenes littorib. autore Dionyſio. Plinius Lychniten ab Aſterio diuidit, itemq́ Selenite. Sed ut herbarum, ſic & lapidũ uocabula cõfundimus.

Lapis Iaſpis. 995

LApis ſæpe tranſlucet ac uiret. Smaragdo ſimilis Indica eſt. Cypria colore glauco & pingui. Perſica ſimilis aëri, quæ ob id aërizuſa uocatur. Thermodontiaca cœrulea. Scythica inter cœruleas omnes optima. Phrygia purpurea. Cappadox ex purpureo cœrulea, atq́ non refulgens. Thracia Indicæ ſimilis. Chalcidica turbida. Præfertur omnibus, quæ purpuræ quicq̃ habet, ſecunda quæ roſæ, tertia quæ Smaragdi. Quarta cœlo autũnali matutino ſiſis, quæ boëa appellatur & aërizuſa. Similis eſt & Sardæ: imitata & uiolas. Non minus multæ ſpecies reliquæ, ſed omnes in uitro cæruleæ, aut Cryſtallo ſimiles, aut pituitæ atque muco, ſiue ut Plinius, myxis: Item reſinæ terebynthi, quàm & terebynthizuſam uocant, inter cœruleas & ipſam marem exiſtimantes. Nam quæ Iaſpichates appellat, ex Iaſpide Smaragdo ſimili, & Achate proprietatem ſuam habet. Præſtantiores ſphẽdone, id eſt funda cludi ſolent, id eſt, patentes, nec præterq̃ margines auro amplectente. Vitium & breuis nitor & longe ſplendens, & ſal, & omnia quæ in cæteris gemmis.

Vitro

Vitro adulterata coarguitur, extra fulgorem fpargen do, & non continendo in fe, nec in diuerfa, quæ fphra- gides uocantur, quoniam optimè omnium fignent. Ea quæ Smaragdo fimilis, per tranfuerfum linea can dida præcingitur. Orienti familiariffima pro amu- leto Garamantias uocatur, quæ pluribus polygram- mos. Eft & Onichypuncta, quæ Iafponyx dicitur, & nubem complexa, & niues imitata, quę ftellata rutilis pũctis eft, & fali Megarico fimilis, Capnias fiue Ccapni tis appellata. Magnitudinẽ Iafpidis undecim unciarũ uidit antiquitas, effigie Nerõis thoracata. Inter cœru- leas poft Scythicã Cypria, poft quã Aegyptia. Adulte ratur maxime tinctura, idq; in gloria regũ Aegypti af fcribitur ei qui primus tinxit. Ineft aliquãdo cœruleis aureus puluis, non in Sapphiris puncta. Galenus Iafpi dem medicinæ utilem chloron iafpin hoc eft uiridem cognominat. In fcribi iuffit in Iafpide draconem radi- os habẽtem Necepfos rex, ad ftomachi fulturam. Sed idem profectus eft in torque, fufpenfo eo rudi, ita ut os ftomachi attingat.

Lapis Aëtites. 996.

LApis Aëtites, quem aliqui gagitẽ dixere. Strabo Gangitẽ in Armenia repertũ fcribit, quo ferpen tes fugantur, hũc an aliũ accipiãt, nondũ liquet. Inædificatur nido aquilarũ, non tamẽ omniũ, nihil i- gne deperdẽs, fed uis eius medica non nifi nido dire- pti. Aiunt binos inueniri marẽ & fœminã, nec fine ijs parere aquilas, & ideo binos tantũ. Gnã eius quatuor feruntur. In Africa pufillus & mollis, & uelut in aluo habẽs argillã fuauem, candidam. Ipfe friabilis, quẽ fœ minam exiftimãt. In Arabia mas durus, & fimilis gal- læ, aut fubrutilus, in utero cõtinens lapidẽ durũ. Ter- tius in Cypro, colore Africani, amplior tamẽ atq; di- latatus: cæteris enim globofa facies. Habet in aluo ha renam iocundã & lapillos, ipfe tã mollis, ut etiã digi- tis fricetur. Quarti generis Taphiufius uocať, nafcens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Iuxta Leucaden in Taphiusa, qui locus est dextra nauigantibus, ex hac ad Leucaden. Inuenitur'q; in fluminibus candidus & rotundus. Huic est in aluo lapis, qui uocatur Callim⁹, nec quicq̃ tenerius. Nã Calais aliud genus est lapidis, à quo & calainns color pro Veneto, si Photioni credendũ est. Ego etiam sordidum colorẽ Plinium secutus, calaini appallatione possum capere. Amplitudine, inquit, conspicua, sed fistulosa & sordium plena est Calais. Hinc & Augites à multis dicitur. Quæ uero calaina ostraca nominat Aëtius, pilos extenuantia, considerantibus relinquo. Apud Chymistas uiuæ calcis aquam inuenio calaion uocari. De calaino etiã colore Dioscorides in Iaspide supra mox commeminit. Iidem Aëtiten pro Chrysolitho, & Porphyrite, & Chrysolochromo cognomĩe Macedonico & polychromo accipiunt.

Lapis Ophites. 997

Ophites marmor est serpentium maculis simile, à quo nomen, molle, candidum, nigricans, durum. Ex ophite columnæ nisi paruæ admodũ inueniũt. Inter Ophitas existimari fere possunt, ppter colorem quod Augusteum uocant & Tiberium, in Aegypto utriusq; principis temporibns reperta. Differunt, quod maculas diuerso modo colligunt. Augusteum undatim crispatur in uerticem. Tiberium sparsim conuoluta canicie specie spectatur. Theophrastus lapidem Chium uocãdo, uidetur Ophitem intellexisse. In Aegypto, inquit, nascitur lapis niger, transflucidus, Chio similis. Quem locũ Plinius ità uertit: Theophrastus, inquit, autor est in Aegypto transflucidos lapides inueniri, quos Ophitę similes ait, fortasse quia uersicolores illas maculas, ut ait Plinius, primæ Chiorum lapidicinæ ostenderunt.

Lapides Spongiarum. 998

Lapides

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

LApides qui naſcuntur in ſpongijs,& ipſi uocantur ſpongiæ. Quidam eos cyſteolithos uocant, quia ueſicę medeantur. Sunt & pumicum in genere, quos ſpongias uocant, ut in Pumice docuimus.

Lithocolla. 999

LIthocolla nomine ſignificat glutinum ex lapidibus.

Lapis Oſtracites. 1000

OStracites à teſta nomen habet. Trãſilit & ad gẽmas. Siquidem: ut Plinio placuit: Oſtracias ſiue oſtracites altera eſt teſtacea & durior, altera Achatæ ſimilis: niſi quod Achates politura pingueſcit. Duriori tanta uis ineſt, ut aliæ gemmæ ſcalpantur fragmentis eius. Habetur & Oſtracides, cui oſtrea nomen & ſimilitudinem dedere.

Lapis Smiris. 1001

NOta uulgo Smiris uel ipſo nomine. Quanquã Smirium potius q̃ Smirin officinæ appellant, cuius fragmentis gemmæ aliæ ſcalpãtur. Quo uſu Plinius Secundus non Smirin ſed Oſtraciten uocauit, ut ſuperius proximè notauimus.

Cotes. 1002

COtes ſiue lapis Naxius id eſt acone, ſicut olearis cotes olæacone. Diu placuit cotes è marmore Naxio, ut & ſimpliciter naxium dicatur. Ita uocant in inſula Cypro genitas. Vicere poſtea ex Armenia. Differre putãt Cotem à lapide coticula, non ſolitum inueniri, niſi in flumĩe Timolo ſiue Tmolo (nam utroq; modo recte dicitur) à monte, ut arbitror, cognomine in terra Lydia: nũc uero paſſim, quę alij Heracliũ aut Lydium appellant. Sunt autem leues & calculis ſimiles, quaternas uncias longitudinis, binaſq; latitudinis non excedentes: ſiue (ut Theophraſtus inquit) calculi ampliſſimi, dupla magnitudine, præterea ſpecie lata, non rotũda: quod à ſole fuit in ijs, melius quã q̃d à terra. Sed & colorib. immodicis deteri-

respondent. Fiunt enim aspergine quadam ex alto re-
uocata quasi lubricæ, ut idem Theophrastus ait. Iis co-
ticulis periti, cum è uena siue nummo lima rapuerint,
experimentum protinus dicunt, quantum auri, quan-
tum argenti, quantum æris habeant, scrupulari diffe-
rentia, nunquam fallente ratione. Incipientibus à mi-
nimis notis, hoc erat granũ, post colybus, tũ duo chal
chi, dein q̃tuor moria, ut Theophrasti uerbis agã. La-
pis & Chrysitis, & basanos Chrysochoice, hoc est, in-
dex aurarius uocatur, quo, ut Græci aiunt, aurum ex-
ploratur, obryzum sit atq; probum, an improbum, ui
tiosumq́;. Quanq̃ basanystes & pro mortario quan-
doq; accipitur. Porrò dicitur obryzum quasi abryzũ,
hoc est delicatum, syncerumq́;: ut Photionis etymo u-
tar. Vocant autem obryzum, quoties simili colore ru
bet ignis, ut inquit Plinius, Et aurum, quod apyrõ ap
pellant, purum est, idq́; nomen habet, quia igne nõ e-
geat, quale Arabicum esse Diodorus tradit, quod in-
ter Abileos Gasandosq́; foditur. De Arabico auro & li
teræ sacræ meminerunt.

Lapis Geodeos. 1003.

GEoden ex argumento appellant, quoniam amplexus est terram.

Galenus in lib. περὶ ἁπλῶν, siue de simplicibus medicamentis nono. De lapidibus.

EX sponte natis corporibus sunt & lapides, hoc diuersi à uulgo nuncupata terra, quod rigari nõ sustinent. Vires habent partim secũdum totius substantiæ proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Porrò ut hæc differant, superius docui. Nunc autem sermo nobis esto de illis, quę secundũ effectrices agunt qualitates: in quibus sane est & utendi ratio ac methodus. Siquidem, ut ostendimus, facultates quæ proprietatis totius substantię ratione insunt, à methodo ac ratione alienæ sunt, & per solam noscũtur

tur experientiã. Nam cur hic lapis tacto uulnere, unde sanguis prorumpit, cursum eius reprimat ac sistat, haud nouimus. At cur lapis, quem uocant Hęmatiten, in oculares facultates indatur, haut latet. Nam & rationis inuentum est. Si enim in cote oculari eum teras cum aqua donec mellis crassitiem accipiat, astringentem facultatẽ percipies. Atq didicisti, ꝙ phlegmonas etiamnum gliscentes, p[illegible]issimum quæ contingunt in partibus neruosis, medicamẽtis repercutere oporteat. At ubi haud etiam sanguis in partem affluit, astringẽtibus medicinis, quæ digerant, adungere, & sensim ad ipsa sola transire. Atq; de huiusmodi quidem facultatibus in lapidibus disseremus, ubi ea prius in memoriam reuocarimus, de qbus fuse locuti sumus in libro contra eos conscripto, qui insultant ijs qui uoce solœcismum committũt. Nam horũ quidm λίθον (quæ uox lapidem Gręcis significat) masculino genere efferri nõ sinunt: uerum si dicas ἔμβαλλον τὴν λίθον ἐπὶ τὴν κύνα, non aliter uociferantur, quam si ipsis in caput lapis esset cõiectus: uelut etiam si quis dixerit τὸν δρῦν (quercum sonat) exclamant tanquam fuste percussi. Itaq; si quis eorum suasu consueta medicis nomina mutare in animũ inducat, dicens τὴν λίθον, τὴν αἱματίτιν, καὶ τὴν πυρίτιν, καὶ τὴν γαλακτίτιν, καὶ τὴν χιστὸν, ut curiosus sane & stolidus dãnabitur: Nimirum quum ueteres ex more omnes masculine efferant eorum differẽtias, αἱματίτιν, πυρίτιν, γαλακτίτιν, μελιτίτιν, γαγάτιν, χίσον, φρύγιον, ἀράβιον, μεμφίτην. Econtrario uero τὴν πέτραν fœminine pronunciãt, nõ τὸν πέτρον masculine. Nam ἀσίαν πέτραν, non ἄσιον πέτρον nominãt, neq; λίθον ἄσιον, hoc est lapidẽ asium, ceu etiam asiæ petrę florem. Porrò ex petra cõbusta calcem fieri dicũt. Attamen Heraclides Tarentinus, & alij nonnulli, non ex quouis lapide[calcem] fieri uolunt, sed ex sola petra, nuncupantes ita per excellentiam solum, qui sit lapidũ durissimus. Equidem ego uel ex industria & stu

dio consueui mutatis inuicem nominibus utroq; modo talia efferre, de quibus inutiliter nõnulli rixantur, id reipsa cõmonstrans, nihil offendi enarrationis claritatẽ utrouis modo qs dixerit. Cætrũ mirandũ nõ est qui ignorãt enarrationis naturalis aut unã solãq; habendam uirtutẽ, ipsam scilicet perspicuitatẽ ac claritatẽ, aut certe oĩm aliarũ primã principẽq; atq; optimã, si ad tãtas uertãtur nugas. Itaq; de ijs lapidib. primum disserã, q mortarij aut cotis attritu in liquorem succũ ue soluuntur.

Ciseris. Pumex.

CAeterum si Pumex inter lapides recenseri potest, & ipe eiusdẽ est facultatis, q certè ad abstersionẽ attinet, uelut etiã figulina testa, ac multo magis ea q̃ fornaciũ est. Sed Smiris acrimonię quiddã obtinet: proinde causticis & desiccãtib. facultib. addit, rebusq; q̃ curãt gingiuas laxas, ac mollitie fluidas. Pumex autẽ si cõburat, haud erit inferior eosdẽ ad usus Smire.

De lapidib. q in spõgijs reperiuntur.

LApides qui reperiũtur in spõgijs, frangẽdi uim obtinẽt, nõ tamẽ ita ualidam ut lapides in uesica cõminuant, & q id scriptũ reliquerũt, mẽtiti sunt Verũ q in renibus cõsistunt rũpunt, uelut q ex Cappadocia cõuehunt, qs in Argeo nasci aiũt. Soluũtur aũt hi in succũ colore lacteum: ex q̃ liquet, q̃d extenuãdi uim obtinẽt absq; ut insigniter excalfaciant.

Ostracites.

POrrò Ostracitẽ uocatũ lapidẽ p̃dicare quosdã audio, quasi desiccãdi ualenter facultatẽ obtineat, tẽperatã ex astrictione & acrimonia, uelut Geodẽ noĩe pupillas expurgare, & uberũ testiũq; phlegmonas sanare, ex aqua uidelicet inunctũ. Attamen Cotis Naxiæ ramentũ mãmas uirginib⁹ suo tẽpore prohibet tumescere, & puerorum testes, tanq̃ uidelicet particeps facultatis refrigeratoriæ.

Ophites.

SEd ophites quẽ uocãt lapis extergẽdi cõfrigẽdiq; uim possidet, ceu etiã nitrũ. Admodũ eñ ipm ex uino albo ac tenui epotũ, lapides uesicę cõterit atq; con-

fringit. Verũ ipm in lapidibus quispiam forte non numeret.

Iaspis uiridis.

PRoprietatẽ nõnulli lapidib. qbusdã testimonio suo adscribũt, q̃lẽ reuera habet Iaspis uirens, nẽpe stomachũ adhæsu uẽtrisq; os adiuuãs. Ac nõnulli quoq; annulis inserunt, scalpũtq; in eo draconẽ radios habentẽ: uelut rex Nechepsos mẽoriæ ꝓdidit in 6 & 10. lib. Sane hui⁹ ego q̊q; lapidis abũde feci piculũ. Torquẽ em̃ ex hmõi lapillis cõfectũ à collo suspẽdi, ita ut lapides os uẽtris cõtigerẽt. Apparebãt autẽ nihilo seci⁹ ꝓdesse, etiã si sculpturã nõ haberẽt quã scripsit Nechepsos. Porrò lapidẽ Phamin uir fide dignus reuera iuuare morsos à uipera suspensum retulit. Sed eiusmodi facultates extra usum sunt methodo cõstantẽ: uelut etiã quũ Hieracites & Indicus profluentẽ ex hæmorrhoidib. sistũt sanguinẽ.

Sapphirus.

SEd & Sapphirus ictos à scorpio epotus iuuare credetur.

Aphroselinus.

ET aphroselinus quẽ uocãt, comitiali morbo uexatos: nõ tñ nos expti sum⁹. Sũt ṽo & alij lapides nõnulli, q aduersus q̃dã suspẽdunt. Cęterũ quidã characteres q̃sdã & literas inscriptas habẽt: sicut q hæmorrhoidibus cõgruit Hieracites, cuius nos fecimus periculũ. Sed nõ est nũc tẽpus de illis disserere, q̃ sola experiẽtia fidẽ habẽt, ac nõ ratiõali quadã methodo in usum ueniũt. Aliud de his tẽpus erit & locus. Nũc aũt ad id q̊d toto opeꝛ ꝓpositũ fuit, reuertor.

Dioscori. Thyites.

OMniũ dictoꝛ lapidũ ualẽtissimã uim habet is, q ex Aethiopia affert, q̃dantenus subuiridis, ut Iaspis quẽ uocãt. Soluit hic lapis in succũ colore lacteũ, gustu uero acrẽ, ac ꝓinde illũ nemo ocularibus miscet facultatibus, nec fluxiones repercutientibus, neq; ulcera sanantib. sed tantũ ad purgandũ, & abstergendũ, q̃ pupillã offuscãt absq; phlegmone: ex qbus sunt cicatrices recẽtes, quas attenuare põt: sed & oculoꝛ ungues (Gręci pterygia uocãt) utiq; si nõ admodũ duri fuerint.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Iudaicus.

EST & alius lapis uiribus ualentioribus in Palæstina Syria proueniẽs, colore candido, ſpecie cõcinna, lineas habens ceu torno ductas. Appellitant eum à loco in quo naſci conſueuit, Iudaicum: utũturq́ ad ueſicæ lapides, in cote ſoluentes, & ex aquę calidæ tribus cyathis potui præbentes: Sanè in quibus nos experti ſumus, profecit nihil, quod ad lapides ueſicæ pertinet: uerum ad eos qui in renibus hærent, efficax eſt.

Pyrites.

VNus eorum qui ualidam facultatem poſſident, eſt & Pyrites quem uocant, quo utimur digerenti emplaſtro admiſto: adijcitur ei & ſchiſtos: ab hoc medicamine & pus ſæpenumero, & conſiſtentia grumoſa in ſpatijs intermedijs muſculorum nata, per halitum digeſta ſunt. Cæterum ubi in uſum uocantur lapides, admodum uehementer contuſi, atque ad liuorem redacti ſint oportet, ſimiliter atq; ea q̃ in ophthalmicas facultates admiſcẽtur. Etenim niſi pollinis inſtar comminuãtur, adeò ut in profundum corporum quibus applicantur ſubeant, aſſimiles manẽt iſtis marinis, ac fluuiatilibus harenis, quæ & ipſę communem omnium lapidum uim poſſident. Siquidem exiccant tumentem ab aqua intercutem carnem, uidelicet laborante in eis excalfactis decumbente. Non tamen ad aliud quippiam eis utimur tanquam prædictis, puta ad ophthalmicas & ſiſtẽtes tum ſanguinem, tum muliebre profluuiũ facultates, præterea ad glutinãda ulcera, cicatrice claudenda, carne implenda. Nã qui ex eis acres non ſunt, ad hæc omnia ſunt utiles: uelut & acres, quorum poſterius mentionem faciam, ad detergendum abſtergendumq́, tum detrahendum, ualenterq́ ſiccandum, & colliquandum.

Phrygius.

Huius

HVius facultatis habetur & phrygius quem uocant. Sed eo semper utor combusto quidem ad ulcera putrida, idque aut ipso per se, aut ex aceto, aut œnomelite, aut oxycrato: ad oculos uerò medicamentum siccum efficiens. quod multi nunc acceptum à me obtinent. Miscẽtur ei & alia quæpiam. Dicetur autem de ipso in opere de componẽdis pharmacis: nunc satis est de generali eius facultate explicuisse: ualide enim desiccat, habens quiddam adstrictionis simul & mordicationis. Dictũ uerò superius est ea esse omnia optima medicamina, plurimique usus, quæ mistas in sese hasce facultates habent, nempe repercutientem, & digerentem.

Ageratus.

EST autem lapis Ageratus quẽ uocant, quo utuntur coriarij, facultatis mistę, adstringentis scilicet & dirigentis. Sed de sola adstringente considerandum. Iuuat quidem euidẽter columellas phlegmone grauatas. non tamen apertam gustu adstrictionem præseferre aut acrimoniam conspicitur.

Assius.

EST & alius lapis in Asso proueniens, quem ob id ipsum Assion cognominant, nõ durus ut petræ. Siquidem color illi est pariterque consistentia ceu tophi, friabilis & laxus. Innascitur ei quiddam farinę tenuissimæ similimum, qualis in molarum parietibus adhærere uisitur. Appellitant hoc medicamentum petræ asiæ florem. Est uerò & subtilium partium, ut sine morsu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra uerò in qua nascitur, tametsi uim habeat illi similem, actionis tamen uehementia inferior est. Hoc enim ea potior est flos, non tantum quod magis colliquet ac digerat, & uelut sale condita seruet, sed & quia hæc præstet absque uehementi mordicatione. Habet & salsedinem quandam in gustu hic asiæ petræ flos: ut con

iectura sit illum nasci ex eo, quòd ros ex mari in petra
residens, postea à sole desiccetur.

Gagates.

EST & alius lapis colore atro, qui ubi igni admo-
tus fuerit, persimilem bitumini odorem exhi-
bet: quem Dioscorides nonnullique alij in Ly-
cia inuenire prodiderunt, ad fluuium nomine Gaga-
tem, unde & ipsi lapidi nomenclaturam inditam di-
cunt. Ego tamen eum fluuium non uidi, tametsi par-
ua nauicula totius Lyciæ littora legerim, quo uideli-
cet quæ in ea sunt inspicerem. Crustaceos uero lapi-
des, & qui in ignem additi exilem flammam æderẽt,
cõplures ex Cœle Syria asportaui, natos in colle ma-
ri mortuo, quod uocant, circundato, quà orientem
spectat, ut & bitumen est: eratque lapidum odor simi-
lis bitumini. Vtebarque eis ad tumores in genu diu-
turnos, & ægre curabiles, mistis uidelicet facultati-
bus, quæ ad hoc symptoma probatæ fuerant. Planeq;
uisum est mihi euidentiorem earum facultatem addi-
disse. Miscui uerò ipsum & Barbaro quam uocant, &
palam medicamentum effectum est exiccantius, adeò
ut & sinus contraheret, nedum cruenta uulnera gluti-
naret, ad quæ competere maximè creditur. Est & ali-
us lapis, cuius meminit Nicander hunc in modum.

Si lapis uratur cãdenti Thracius igne, &
Post madefiat aqua, flagrabit totus: at idem
Mox oleo affuso penitus restinguitur: adfert
Thracius hunc ad nos pastor de flumine, nomen
Cui Pontus.

Verum nullus eius in medicina usus est: neq; Nicander
præter graueolentiam, quæ suffitu feras fugat, quicq;
ei adscripsit.

Magnetes, quæ & Heracleia, Magnes.

E

EX lapidibus unus ẽ & magnes, & heracleia quã uocant, adsimilem hæmatiti uim obtinens.

Arabius.

AT tamen arabius quem nominant, lapis elephã ti similis, desiccantis abstergentisque facultatis est.

Alabastrites.

ET alabastrites uocat⁹ unguis, in medicinæ usum ingreditur combustus. Quidam eum bibẽdum dant stomachicis.

Smiris.

SEd & smiris quod multam abstergentem habet facultatem, clarum est, uel ex eo quod dactylioglyphi, hoc est qui annulos exculpiunt, eum in usum illo utantur. Quin etiam quod dentes puros efficiat, experti sumus.

Hæmatites, Galactites, & Melitites.

POrrò talium quoque unus est hæmatites quem uocant, à coloris similitudine id appellationis sortitus: sicut & Galactites, quando & ipse in succũ solutus, lacti similis cõspicitur. Huic autem colori adsimilem succum efficiens militites à mellis similitudine, quod gustu repręsentat, nuncupatus est. Porrò ostensum est in quarto horum Commẽtariorum, quod succus omnis dulcis à temperato calore talis eueniat, adstringens uerò à frigore. Habebit ergo lapis hæmatites tantum frigiditatis, quantum habet adstrictionis: melitites uerò calorem temperatum: mediam autem utriusque temperiem galactites. Merito itaque ausi sunt medici ocularibus facultatibus lapidem miscere hæmatitem. Ac solo eo uti possis supercilijs exasperatis, si quidem cum phlegmone aspera sunt reddita, ex ouo ipsum diluens: ac si magis, etiam per decoctum fœnigræci. Seu uerò citra phlegmonem ex aqua. Incipito uerò semper à modice humido per specillum infundens. Vbi autem quod uires eius ferat respexeris, magis ac magis crassum effici

fici

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ficies:ac tandem adeò crassum facies,ut specilli cuspi-
de inungas secūdum subiectionem aut euersionem su-
percilij.Hic idem lapis similiter in cote contritus,san-
guinis expuitioni competit, omnibusq; ulcerib⁹. Por-
rò siccus si ad tātum redactus fuerit liuorem,ut polli-
nem tenuitate æquet,reprimit excresc̄etia.Atq; eo nul-
lus solo atq; persese utitur.Ego uerò,uti proposui,u-
sus sum facultate eius ex gustus qualitate comperta,
cum mox experientia periclitari uellem,nunquid re-
cte coniecissem.Et ipsa quidem oculorum ulcera so-
lus per se cicatrice includit, ut paulò antè comprehē-
sum est,attritus,cęterum aut affusus,aut inunctus.Nā
& id experientia exploratum habeo.

Schistos.

HVic lapidi persimilem uim obtinet, uerum in-
firmiorem,is qui uocatur Schistus,ac post eum
Galactites:ac melitites caliditatis etiam nōni-
hil,ut dixi,adiunxit.Vt itaq; unusquisq; leuiter ac sen-
sim ab hæmatitis facultate recedit,ita ad oculos in u-
sum ducitur:est tamē mitior. Porrò mitiora remedia
partibus etiamnum phlegmone afflictis semper gra-
tiora sunt atq; iucundiora:cæterum liberis iam phle-
gmone partibus infirmiora,quàm quę persanare ua-
leant.Porrò quū lapidibus omnibus commune sit,ut
desiccent,quotquot ex ijs ut succum soluti,aut alioqui
ad leuorem triti,nullam continuo qualitatem in gu-
stu obtinent,hos putādum est esse cum infirmissimos,
tum mitissimos,tum minime mordaces.At qui mani-
festam gustui qualitatem offerunt, hi pro qualitatis
proportione potentiam possidēt:ac si quidem adstrin-
gant,ad comprimendum,constringendum,spissandū
& contrahendum. Si uerò mordicent, ad excalfacien-
dum,digerendum,& liquandum. Medij eorum sunt,
qui abstergent citra mordicationem. Igitur hæmati-
tes,schistos,galactites,ac melitites in succum soluun-
tur

tur quo posui modo, ad cotem aut mortarium attriti quum sunt & alij lapides in succum solubiles, ut qui in Aegypto nascitur, quo utuntur ad splendorem linteis conciliandum. Est autem omnium dictorum minimè qualitatis particeps, nec adstrictionem, nec morsum, nec abstersionem præseferēs: quocirca hocipsum duntaxat lapidi huic inest, quòd desiccet uidelicet: Proinde cerato eum miscentes, ad cicatricem ulceribus inducendam in mollibus corporibus usurpant. Sed & ocularibus miscetur facultatibus perinde ut modo dicti: at quanto est maiore emolliēdi ui quàm prædicti: quòd nullam uidelicet effectricem qualitatem habeat: tanto etiam moderatior est, minusq; sentiri potest. Hunc lapidem quidam moroxum, nonnulli graphida nuncupant.

Seneca libro 2. ad Serenum, cap. 3. Quomodo quorūdam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est, nec secari Adamas, aut cedi, uel teri potest, sed incurrentia tela ultrò retundit: Ita sapiētis animus solidus est, & id roboris collegit, ut tam tutus sit ab iniuria, quàm illa quæ retuli. Idem naturalium quæstionum 3. Vn̄ autem fiat eiusmodi lapis, apud Græcos ex ipso nomine apparet: κρύσαλλον enim appellant æquè hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciē, ex qua fieri creditur. Aqua enim cælestis minimum in se terreni habens cum induruit, longioris frigoris pertinacia spissatur magis ac magis, donec om̄i aëre excluso in se tota compressa est, & humor qui fuerat, lapis effectus est.

Athenæus libro 3. De Margaritis.

DE ostreis autem, quæ fert Indicum mare (arbitror autem non intempestiuum de his uerba facere propter margaritarū usum) Theophrastus in libro de gemmis ita scribit: Inter lapides preciosos & admirandos unio est margaritus appellatus natura pellucidus. Monilia ex ea parantur quæ admo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

dum sunt in precio: inuascitur autem ostreo cuidã nõ absimili pinnis uocatis, nisi quod paulo magis exiguum est: magnitudo uero uniõum ad piscis oculum utcunq; accedit.

Androsthenes uerò in nauigatione Indica, sic tradit: Conchulæ autem quæcunque uarietate colorum spectabiles sunt, ut Strombæ & Chœriæ, suaues sunt, & à nostris admodum distantes, inueniuntur & purpureæ colore. Ostreorum autem reliquorum genera uaria, habent autem peculiare quoddam genus, quod lingua sua Berberi uocant, è quo margarites lapis prodit. Est autem carus in Asia, & à Persis superioribusqúe gentibus ad aurum ornandum emitur. Est autem ostrei facies similis pectini, nisi quod testam non habeat persculptam, sed in leuitate modicè asperam. Neque etiam auriculas habet geminas instar pectinis, sed unam duntaxat. Lapis uerò in carne ostrei generatur, quemadmodum in suilla, id quod uocatur grando. Sunt autem inter hoc quidam adeò fului, ut appositi auro uix ab illo dinoscantur: quidam autem argenteo colore admodum candidi oculis piscium persimiles.

Chares uerò Mitylenæus in septimo libro rerum ab Alexaudro gestarum, inquit. Reperitur non solum ad Indicum mare, sed & per Armeniam, Persicen, Susianen & Babyloniam simile ostreo. Est autem tenerum & in longum porrectum, in se carnem copiosam, albam & odoratam habens. Eximunt autem ex eo ossa alba, quas appellant margaritas, è quibus monilia & brachialia manuum pedumqúe præparant. Gaudent autem huiusmodi delicijs Persæ & Medi, omnesqúe reliqui Asiani, pluris quam aurum æstimantes.

Iulius Solinus Polyhistor.

Caput. 4.

Sa-

SAne Alectorius traditur lapis, qui Crystallina specie in modum fabæ, gallinaceorum uentriculis inuenitur, aptus (ut dicunt) præliantibus. In hoc animalium genere numerantur & Lynces, quarum urinas coire in duritiem pretiosi calculi fatentur, qui naturas lapidum exquisitius sunt persecuti. Istud etiam ipsas Lynces persentiscere, hoc documento pbatur, quod egestum liquorem ilicò arenarum cumulis, quantum ualent, contegunt, inuidia scilicet, ne talis egeries transeat in nostrum usum, ut Theophrastut perhibet. Lapidi isti succini color est, pariter spiritu attrahit propinquantia. Dolores renum sedat. Medetur regio morbo. λυγκούριον Græcè dr. Ca. 8.

Ligusticum mare frutices procreat, qui quantisper fuerint in aquarum profundis, fluxi sunt, tactu propè carnulento. Deinde ubi in supera tolluntur, natalibus derogatis lapides fiunt. Nec solum qualitas illis, sed & color uertitur: Nam puniceo protinus rubescunt. Ramuli sunt, quales arborum uisimus, ad semipedem frequentius longi. Rarum est pedaneos depræhendi. Excuduntue ex illis multa gestamina. Habet enim (ut Zoroastes ait) materies hæc quandam potestatem, ac propterea, quicquid inde fit, habetur inter salutaria.

Corallium aliâs dicunt. Nam Metrodorus γοργίαν nominat. Idem, quod resistat Typhonibus, & fulminib', affirmat. Eruit gēma in parte Lucaniæ facie adeo iucūda, ut lāguētes intrinsicus stellas, & sub nubilo renitētes croceo colore pfundat. Ea qm̄ in littore Syrtiū inuēta primū ē, Syrtites uocat. Est & Viētana gēma à loco dicta, cui supfities nigra, quā ad gr̄am uarietatis limites intersecāt albi, notis cādētib. Cap. 9.

Veræ ager Corsicanus, quod in eo agro unicū ē, solus ędit, quē Catochiten uocant lapidē fatu dignissimum. Maior est cęteris, qui ad ornatum destinant. Nec tam gemma, quā cautes. Idē impositas manus detinet,

ita seiunctis corporibus annectens, ut cum ipsis hæreat, à quibus tangitur. Sed ei inest uelut deglutino lentiore nescio quid par, atque gummi. Accepimus Democritum Abderiten ostentatione scrupuli huius frequẽter usum ad probandam occultam naturæ potentiam in certaminib. q̃ cõtra Magos habuit. Ca. 11.

Achatem lapidem Sicilia primum dedit in Achatis fluminis ripis repertum, non uilem, cum ibi tãtum reperiretur. Quippe interscribentes eum uenę naturalibus sic notant formis, ut cum optimus est, uarias ꝑferat rerum imagines. Vnde anulus Pyrrhi regis, qui aduersus Romanos bella gessit, non ignobilis famæ fuit, cuius gemma Achates erat, in quo nouem Musæ cũ insignibus suis singulæ, & Apollo tenens cytharam uidebantur non impressis figuris, sed ingenitis: nunc diuersis locis apparent. Dat Creta, quem Coralochatem dicunt coralio similem, sed illitũ guttis auro micantibus, & scorpionum ictibus resistentem. Dat India reddentem nunc nemorum, nunc animalium facies, quem uidisse oculis fauet, quique intra os receptus sedat sitim. Sunt & qui usti redolent mirrhę odorem. Achates sanguineis maculis irrubescit. Sed qui maxime probantur, uitream habent perspicuitatem, ut Cyprius. Nam qui sunt facie cærea abundãtes triuialiter negliguntur. Cap. 12.

Nec lapidẽ spreuerimus, quẽ Arcadia mittit: Asbesto nomen est, ferri colore. Hic accensus semel extingui non potest. Cum inter calculos quibus ripæ eius micãt, Galactites inueniat, q scrupulus ipse ater, si teratur, reddit succum album, ad lactis saporẽ. Fœmĩnis nutrientibus illigatus fœcundat ubera. Subnexus paruulis largiusculos haustus saliuarũ facit. Intra os receptus liquescit. Cũ soluit tñ memoriæ sonum perimit. Quẽ post Nilũ Achelous dat, tertiũ nemo. Carbasa, q̃ inter ignes ualẽt] Strabo li. 10. Ad Carystũ, inqt, la

pis

pis nascitur, quem pectunt, nent, texunt, Inde mãtilia conficiuntur egregiè contexta. Ea ubi sordescũt, in flã mã, piecta, nõ secus emundañ, q̃ si macula erueris. Multa esse, quæ igne absumi nequeant, sciunt, q rer naturalium cõmentaria studiosè legũt. Tradit Pli. ca. 1. deciminoni Natu. histo. esse lini genus, ex q̃ facta mantilia, ignem non sentiant. Caput. 20.

Præter marmor dat, & Sardã lapidẽ, q marmore qdẽ p̃stat, inter gẽmas uerò uilissimus dr̃. Ca. 23.

Mittit Pontus & gemmas, quas à patria Ponticas dicimus, genere diuerso. Quippe aliæ aureas, aliç sanguineas stellas habent, & eæ quidem inter sacras habentur. Nanq3 ostentationi potius, q̃ usui deleguntur. Non guttsi asperæ sunt, sed longis color ductibus liniantur. Cap. 25.

Smaragdis hic locus patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit. Nam licet sint & Aegyptij, & Chalcedonij, & Medici, & Laconici, præcipuus tamẽ est honor Scythicis. Nihil his iucundius, nihil utilius uident oculi. In primis uirẽt ultrà irrigua gramĩa, ultrà amnicas herbas. Deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt lenitate. Nam uisus, quos alterius gemmæ fulgor retuderit, Smaragdi recreant, & exacuũt. Nec aliam ob causam placuit, ut nõ sculperentur, ne offensum decus imaginum lacunis corrumperetur, quãq̃ qui uerus est difficulter uulneretur. Probantur hoc pacto, si aspectus transmittant, si cum globosi sunt, proxima sibi inficiant aëre repercusso, aut cum concaui sunt, inspectantium facies ęmulentur, si neq3 umbra, neq3 lucernis, neq3 sole mutẽtur. Optimos tamen sortiuntur situs, quibus planicies resupina est, & extensa. Inueniunt Etesiis flantibus. Tũc omni detecto solo facillime internitent. Nam Etesiæ plurimum harenas mouẽt. Alij minus nobiles in commissuris saxorum, uel in metallis ærarijs apparent,

quos Calcosmaragdos nuncupant. Vitiosi eorum in-
trinsecus quasdam sordes habent, uel plumbo, uel ca-
pillamentis, uel etiam sali similes. Lauãtur austero me
ro, sed uiridi proficiunt oleo, quamuis natura imbuã-
tur. Et Cynacus lapis è Scythia est optimus, si cæruleo
coruscabit, cuius gnari in marẽ, & fœminam genus di
uidunt. Fœminis nitor purus est, mares punctulis ad
gratiam interlucentibus auratilis puluisculus uariat.
Isthic & Crystallus quem licet pars maior Europæ,
& particula Asiæ subministrent, pretiosissimum tamẽ
Scythia ædit. Multus ad pocula destinatur. Nam fert
calorem præcipuè, quãlibet nihil aliud, quã frigidum
pati possit: exangulus inuenitur. Qui eligunt purissi-
mum captant, ne quid rufum, neúe nubilum, uel spu-
mis obsitum, arceat perspicuitatem. Tunc ne duritia
iusto propensior obnoxium fragilitati magis faciat.
Putant glaciem coire, & in Crystallum corporari, sed
frustrà. Nam si ita foret, nec Alabanda Asiæ, nec Cy-
prus insula hanc materiam procrearet, quibus regio-
nibus incitatissimus calor est. Liuia Augusti ad magni
tudinem. cl. librarum inter Capitolina donaria Cry-
stallum dedicauit. Cap. 33.

Nam in Germaniæ continentibus Callais reperi-
tur, quam gemmam Arabicis anteponũt. Vincit enim
gratia. Arabes quidem dicunt non alibi eam deprẹhen
di, quam in nidis auiũ, quas μελαγκορύφους uocant. Quod
nullus recipit, cum apud Germaniæ populos, quamuis
rara, in saxis tamẽ appareat. Honore, & pretio ad Sma
ragdos uiret pallidum. Nihil iucundius aurum decet.
Cerauniarum porrò genera diuersa sunt. Germani-
ca candida est, splendet tamẽ cẹruleo, & si sub diuo ha
beas, fulgorem rapit siderum. Caput. 35.

Prẹterea ut taceam metallorum largam, uariamq;
copiam, quibus Britanniæ solum undiq; genere pol-
let uenis locupletibus, Gagates hic plurimus, opti-
musq;

musq́ꝫ ẽ lapis. Si decorẽ reqras, nigroge mmeus. Si q̃litatẽ, nullius ferè põderis. Si naturã, aqua ardet, oleo restinguit. Si potestatẽ attritu calfactus applicita detinet, æque ut Succinum. Cap. 40.

Varietas multiplex inest in oculis, colorꝝq́ꝫ mutatio. In quorꝝ pupillis lapis inuenit, Hyæniũ dicũt, p̃ditũ illa potestate, ut cui⁹ hoĩs fuerit linguę subditus, p̃dicat futura. De gẽma Heliotropio inter Aethiopiam, Africã & Cyprũ certamẽ fuit, q̃nã mitteret gñis huius eminẽtissimã, dep̃hẽsumq́ꝫ ẽ documentis plurimis Aethiopicã, aut Lybicã palmã tenere. Viridi colore ẽ, nõ ita acuto, sed nubilo magis, & rep̃sso stellis puniceis sup̃spar sa. Causa noĩs de effectu lapidis ẽ, & ptãte. Deiecta in labris ęneis radios solis mutat sãguineo repcussu, extraq́ꝫ aquã splẽdorẽ aëris abijcit & auertit. Etiã illud posse dr̃, ut herba eiusdẽ noĩs mixta, & p̃cãtatiõib. legitimis cõsecrata, eũ à q̊cũqꝫ gestabit, subtrahat uisib. obuiorꝝ. Nasamonitẽ lapidẽ Nasamones dãt sanguineũ uniuersum nigris uenulis adumbratũ. Pli. Ab Hãmaniẽtib. ad Troglodytas hyberni occasus plaga, dierꝝ q̃tuor iter, cũ qb⁹ cõmerciũ gẽmę tm̃, quã Carbũculũ uocamus ex Aethiopia uectę. De Carbũculis, q̊s qdã ab igneo colore Pyropos, & Apyrustas ꝙ ignem nõ sentiãt, uocãt. Pli. ca. 7. 37. Ca. 43.

Excidit ex cerebris draconũ Dracõtias lapis, sed lapis nõ ẽ, nisi detrahat uiuẽtib. Nã si obeat prius serpẽs, cũ aĩa simul euanescit durities soluta. Vsu eius Oriẽtis reges p̃cipue gloriãt, q̃q̃ nullũ lenociniũ artis admittat soliditate, & qcqd in eo nobile ẽ, nõ manus faciũt, nec alteri⁹ q̃ naturę cãdor sit, q̊ reluceat. Autor Sotac⁹ gẽmã hãc etiã sibi uisã scribit, & qbus intercipiat modis, edocet. Pręstãtiss. audacia uiri explorãt anguiũ foueas, & recept⁹, iñ p̃stolati ad pastũ exeũtes, p̃teruectiq́ꝫ pcipitis cursibus obijciũt gramina medicata, q̃tũ põt ad incitandũ soporẽ. Ità somno obsopitis, e capitibus

execant lapides,& de manubijs præcipitis ausi prædã reuehunt temeritatis. Inter hæc omnia, quæ diximus nitore cęruleo Hyacinthus inuenitur lapis preciosus, si quidem inculpabilis inueniatur. Est enim uitijs non parcè obnoxius. Nam plęrunque aut uiolaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicãtius in aquaticum eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiore succo sit obtusior, nec propensa perspicuitate deiectior. Sed ex utroque temperamento lucis, & purpurę moderatũ suauiter florem trahat. Hic est, qui sentit auras, & cum cęlo facit mutationem, nec æqualiter rutilat, cũ aut nubilus subest, aut seren9 dies. Pręterea in os missus magis friget. Sculpturis certe minime accommodatus, ut qui attritum respuat. Nec tamen penitus inuictus. Nã Adamante scribitur, & notatur. Vbi Hyacinthus, ibi & Chrysolampis apparet, quem lapidem lux cælat, prodit obscurũ. Hæc enim est in illo diuersitas, ut nocte igneus sit, die pallidus. Ex ipso solo sumimus Hæmatiten rubore sanguineo, ac propterea Hæmatites uocatus.

Caput 44.

Troglodytæ specus excauant, illis teguntur. Nullus habendi amor, à diuitijs paupertate se abdicarunt uoluntaria. Tantum lapide uno gloriantur, quẽ Hexecontalithon uocant, tam diuersis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in paruo eius orbiculo depræhendantur. Ex istius littoris sinu Polycrati regi aduecta Sardonyx gemma, prima in orbe nostro luxuriæ excitauit facem. Nec multum de ea differendum puto, adeo Sardonyx in omniũ uenit notitiam. Superficies eius probatur, si meraci9 rubeat, arguitur si fuerit fœculentior, medietas circuitur limite candidante. Optima est, si nec colorem suum spargat in proximum, nec ipse ex altero mutuetur. Reliqua nigro finiuntur. Quod si transluceat uitio uertitur, si perspicuitatem arceat, proficit ad decorem. Et Molochitẽ

Arabs

Arabs inuenit, uirētem craſſius quam Smaragdus, cō tra infantum pericula ingenita ui reſiſtentem. Inuenit & Iridem in mari rubro, ſicut Cryſtallū ſexangulatam, quæ radijs icta ſolis rutilo aëris repercuſſu, cœleſtis arcus ex ſe iacit ſpeciem. Androdamantem iidē legunt Arabes nitoris argentei, lateribus æqualiter quadris, quem de Adamante nonnihil mutuatum putes. Datum illi nomen ex eo cenſent, quòd animorum calentium mollit impetus, & timentes refrenat iras. Pæderotem etiam Arabicum inde ſumimus. Arabica aſpectu eburnea eſt, radi abnuit. Cōtra neruorum moleſtias prodeſt habentibus. In Pæderote congruit, quicquid eximium eſt, quadam decoris prærogatiua. Cryſtallinum lucēt, rubet purpuram, in orarum extimis corona crocea uelut è liquido renitēte. Hac ſuauitate oculos afficit, uiſum illicit, detinet intuentes, hac etiam gratia Indis placet.

Quæcunq; Euphratem bibunt gentes, diuerſo nitent lapide. Zmilaces in ipſo Euphratis alueo legitur, gemma ad imaginem marmoris Proconneſi, niſi quod in medio umbilico lapidis iſtius, glaucum uelut oculi pupula internitet. Sagda à Chaldæis ad nos uſque profluxit, haud facilis repertu, ni (ut perhibent) ipſa capeſſendam ſe daret. Nanq; ingenita ſpiritus efficacia ſupermeantes naues è profundo petit, & carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni ægre ſeparetur. Ea Sagda apud Chaldæos propter effectus, quos ex ea ſciunt, habetur loco principe, cæteris propter gratiam magis complacet iucundiſſime uirens. Myrrhites Parthis familiaris eſt. Hunc ſi uiſu æſtimes, myrrhę color eſt, & non habet quod afficiat aſpectum. Si penitus explores, & attritu incites ad calorem, ſpirat Nardi ſuauitatem. In Perſide lapidum tāta copia eſt, tantaq; diuerſitas, ut lōgum pœnè ſit ipſis uocab li simmmorari. Mitridax ſole percuſſa colo

ribus micat uarijs. Tecolithos nucleo oliuæ similis, spernitur cum uidetur, sed remedijs bonus uincit aliorum pulchritudinem. Solutus quippe, & haustus pulsis calculis renum dolores, ac uesicæ leuat. Ammochrysos harenis auro intermixtis, nunc bractearũ, nunc pulueris habet quadrulas. Aëtites & fuluus est, & tereti positione, alterum lapidem intrinsecus cohibens, cuius crepitu sonorus est, cum mouetur, quamlibet tinnitum illum non internnm scrupnlum facere, sed spiritum scientissimi dicant. Hunc Aëtitem Zoroastres præfert omnibus, maximamq́; illi tribuit potestatem. Inuenitur autem in nidis aquilæ, aut in littoribus Oceani. In Perside tamen plurimus. Subnexus spem uteri defendit à fluxibus abortiuis. Pyrrhites fuluus est, teneriq́; se uehementius non finit, ac si quando arctiore manu premitur, digitos adurit. Chalazias grandinis, & candorem præfert, & figuram, duritia robustissima, & inuicta. Echites uipereas habet maculas. Dionysias fuscus est rubentibus notis sparsus. Idem si aqua mixtus conteratur, uinum flagrat & quod in illo odore mirificum est, ebrietati resistit. Glossopetra deficientibus lunis cœlo cadit. Linguæ similis humanæ, non modicæ (ut Magi ferunt) potestatis, qui ex ea lunares motus excitari putant. Solis gemma percandida est ad speciem fulgidi syderis, rutilósque ex se iacit radios. Veneris crinis nitet nigro, internis ductibus ostentans ruforum crinium similitudinem. Selenites translucet fulgore candido, melleoq́;, continens lunæ imaginem, quem iuxta cursum astri ipsius perhibent diebus singulis uel minui uel augeri. Meconites papauera exprimit. Mirmecites reptantis formicæ effigie notatur. Calcophongos resonat ut pulsata æra. Pudicè habitus seruat uocis claritatem. Siderites à contemplatione ferri nihil dissonat. Verum maleficus quoquo inferatur di-

scordias

ſcordias excitat. Phlogites oſtentant intra ſe quaſi flammas æſtuãtes. Anthracias coruſcat uelut ſcintillã tibus ſtellis. Enydros exudat, ut clauſam in eo putes fontaneam ſcaturiginem.

Indicorum lapidum in Adamãtibus dignitas prima, utpote qui lymphationes abigãt, uenenis reſiſtãt, pauitantium mentium uanos metus pellant. Hæc primum de ijs prædicari oportuit, quæ reſpicere ad utilitatem uidebamus. Nunc reddemus quot, quęue Adamantum ſint ſpecies, & quis color cuique eximius. In quodam Cryſtalli genere inuenitur, materię, in qua naſcitur adæque ſimilis, ſplendore liquidiſſimo in mucronem ſexangulum utrinq; ſecus leuiter turbinatus, nec unquam ultrà magnitudinem nuclei auellani reperitur. Huic proximus in excellentiſſimo auro depręhenditur. Secundus pallidior, ac magis ad argenti colorem renitens. Tertius in uenis Cypri apparet, propior ad aëriam faciem. Quarrus in metallis ferrarijs legitur, pondere cæteros antecedens, nõ tamẽ & poteſtate. Nã & hic, & q in Cypro depræhendunt, frãgi queunt, plærìq; etiã Adamante altero perforantur. At illi, quos primos diximus, nec ferro uincuntur, nec igni domãtur. Verũtamen ſi diu ſanguine hircino macerentur, nec aliter, q̃ ſi calido, uel recenti: malleis aliquot antè fractis, & incudibus diſſipatis, aliquando cædunt, atq; in particulas diſiliunt. Quæ fragmenta ſculptoribus in uſum inſigniendę cuiuſq; modi gemmæ expetuntur. Inter Adamantem, & Magnetem eſt quædã naturæ occulta diſſentio, adeò ut iuxta poſitus non ſinat Magnetẽ rapere ferrũ. Vel ſi admot⁹ Magnes ferrũ traxerit, q̃ſi prædã quandã quicqd Magneti hæſerit, Adamas rapiat, atq; auferat. Lychnitẽ deinde fert India, cuius lucis uigorem flagrantia excitat lucernarum, qua ex cauſa λυχνίτην Græci uocauerunt. Duplex ei facies, aut in purpuream emicat claritatem

aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

aut meracius suffunditur cocci rubore. Per omne intimum sui, siquidem pura sit, inoffensam admittit perspicuitatem. At si excanduit radijs solis incita, uel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit, contumaciter scalpturis resistens. Ac si quando insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animati morsu partem ceræ retentat. Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt, ut hebetem coloris leuitatem angulorum repercussu excitent ad uigorem. Beryllorum genus diuiditur in speciem multifariam. Eximij interuirente glauci & cæruli temperamento, quandam præferunt puri maris gratiam. Infrà hos sunt Chrysoberylli, qui lã guidius micantes aurea nube circumfundũtur. Chrysoprasos quoque ex auro, & Porraceo mixtam lucem trahentes, æquè Beryllorum generi adiudicarũt. Hyacinthizontas scilicet qui hyacinthos propè referant, & ipsos probant. Eos uerò, qui Crystallo similes capillamentis intercurrentibus obscurantur (hoc enim uitio illorum nomen est) scientissimi lapidum plæbi dederunt. Indici reges hoc genus gemmarum in longissimos cylindros amant figere, eosque perforatos elephantorum sectis subligant, ac monilia habẽt, aut plærunque ex utroque capite insertis aureis umbilicis, ut marcentem faciem ad nitelam incendãt pinguiorem, quo per industriam metallo hinc inde addito, fulgentiorem trahant lucem. Conchæ sunt in quibus hoc genus lapidum requiritur, quę certo anni tempore luxuriante conceptu sitiũt rorem uelut maritum, cuius desiderio hiant. Et cũ lunares maxime liquũtur aspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem concupitum. Sic concipiunt, grauidæque fiunt, & de saginæ qualitate reddunt habitus unionum. Nam si purũ fuerit, quod acceperint candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum, aut pallore languescunt, aut rufo innubilã

tur

tur. Ita magis de cœlo, quam de mari partus habent. Deniq; quotiens excipiunt matutini aëris semẽ, fit clarius margaritum, quotiens uesper, fit obscurius. Quãto magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, intempestiuo metu comprimuntur, clausæq; subita formidine, uitia contrahunt abortiua. Aut enim perparuuli fiũt scrupuli, aut inanes. Conchis ipsis inest sensus, partus suos maculari timent. Cumq; flagrantioribus radijs excanduerit dies, ne fuscẽtur lapides solis calore subsidunt, & se profundis ingurgitant, ut ab æstu uendicentur. Huic tamen prouidentiæ ætas opitulatur. Nã candor senecta disperit, & grandescentibus conchis flauescunt margaritæ. In aqua mollis est unio, durat euisceratus. Nunquam duo simul reperinntur. Inde unionibus nomen datum. Vltrà semunciales inuentos negant. Piscantium insidias timent conchæ. Inde est, ut aut inter scopulos, aut inter marinos canes plurimum delitescant. Gregatim natãt. Certa examini dux est. Illa si capta sit, etiam quæ euaserint in plagas reuertuntur. Dat & India Margaritas: Dat etiam littus Britannicum, sicut D. Iulius thoracem, quem Veneri genitrici in templo eius dicauit, è Britannicis margaritis factum subiecta inscriptione testatus est.

Origenes in Matthæum cap. decimotertio
De margaritis.

RVrsum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærẽti pulchras margaritas. Quin regnum cœlorum simile est nulli quidẽ cæterorum negociatorum, quum multi sint multa commercãtes, sed ei tantum qui quærit pulchras margaritas, quiq; posteaq̃ inuenit, unum multis alijs æquiparandum preciosum margaritum, pro omnibus emit, locus postulat, ut de natura margariti disquiramus. Obserua uerò diligenter, quod non dixit, uendidit omnes

quas

quas habebat. Non enim solas eas, quas is qui quære-
bat pulchras margaritas emerat, uendidit, uerũ etiam
uniuersas facultates suas distraxit, ut emeret margari
tum illud. Inuenimus igitur apud eos qui de gemmis
tractarunt, de margaritæ natura hæc. Margaritarum
alias esse terrestres, alias maritimas. ac terrestres qui-
dem apud solos Indos nasci, quæ congruunt sigillis,
anulis, ac monilibus: Maritimas autem si quæ sunt in
signes, apud eosdem Indos inueniri, quæ etiam opti-
mæ in mari rubro nascũtur. Proximum autem in mar
garitis locum habent, quæ ex oceano Britannico capi-
untur. Tertij autem ordinis inferiores sunt, non solum
primis illis, uerũ etiam secũdis, q̃ in Bosphoro iuxta
Scythiam inueniuntur. Insuper & hæc dicũtur de Indi
co margarito, quod conchis innascitur, quæ similem
habent naturam cum prægrandibus cochleis, quę nar
rantur ueluti turmatim in mari pasci, uelut armenti
duce quopiam exploratore, qui referat, qualis aut
quanta sit regio, atque hanc aiunt præminere cæteris
sub ipsa degentibus, ut res similitudinem habeat cum
examine quod dicitur apum. Narrant autem & de ra-
tione capiendi præstantiores, hoc est, eas quæ in In-
dia reperiuntur, quod incolæ posteaq̃ magnum lit-
toris ambitum retibus cinxerunt adnatãt urinantes,
studentes ducem agminis, unum ex omnibus appræ-
hendre: Siquidem hoc capto ferunt nullo negocio ca-
pi huic subditum agmen, quippe nulla iam subsisten-
te ex toto grege, sed unaquaq; ceu loro uincta sequen-
te gregis ducem. Dicitur autem & generatio marga-
ritarum Indicarum temporum spacijs confici, anima
li multas uersiones ac mutationes capiente, donec pfi
ciatur. Quin illud narrant, concham animantis feren-
tem margaritũ diduci, in morem oscitãtis, ac diductã,
cœlestem in se rorem recipere, quo si puro lympidoq;
fuerit expletum, lucidum fit margaritum, concipitq;
concha

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

concha grandem & concinnam gẽmam. Quod si quã do turbidum, inęqualem, & hybernũ rorem acceperit, nubilum concipit margaritum, & uarijs obnoxiũ maculis. Quin & illud comperimus, si concha procedens, ut impleatur gemma qua solet esse grauida, interim corripiatur à fulmine, contrahitur, ac ueluti metu cõstringitur, fœtum eijciens in ea quæ dicuntur φυσήματα hoc est, inflationes: nonnunquam uelut abortiuæ generantur breues ac nebulę nonnihil habentes, tametsi concinnæ. Iam & illud habet Indicum margaritũ pręter alia, colore candidum est, argento pellucenti assimile, sic ut splendor subuiridis paulum subluceat, cæterum undiq; figuram habens rotundam, siue turbinatam. Est autem colore blando, & omnino tenerius q̃ pro lapidis natura. Insuper est adeò iucũdum aspectu, ut quemadmodum tradit is qui scripsit de natura gemmarum, admotũ illustrioribus laudem auferat. Præterea est & illud optimi margariti signũ, ambitum habere sculptũ, præterea colorem habere cãdidissimũ, maximeq; pellucidum: postremò grauiditate maximũ esse. Hactenus igitur de margarito Indico. Cæterũ quod apud Britanniam aiũt inueniri, summo quidem colore accedit ad auri speciem, cæterũ nebulosum ac turbidũ, luceq; obtusiore. Iam quod inuenit in portu iuxta Bosphorũ, obscurius est ac liuidũ, & omnino luce carens, tenerumq;, & ingenti magnitudine. Nascitur autem in sinu iuxta Bosphorum, non in conchis, quod est testæ genus, ferens margaritas, sed in his qui uocantur mures: de his loquor, qui iuxta Bosphorum in palustribus pascuntur. Fertur autem & quartum esse margaritarũ genus circa Acarnaniam in ostreorũ cõchis. Verũ hę nõ admodũ probant, sed & incõpositæ sunt, tum figura, tum colore: deniq; turbidæ undiq; ac sordidę. Sũt aũt & alię iuxta eãdẽ Acarnaniã, oĩbus nominibus reijciendæ. His itaq; collectis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ex eorum libris qui de gemmis tractarunt, dico Seruatorem scientem differentiam margaritarum, quarum in gñe sunt & bonæ, & rursus aliæ uiles, hæc dixisse. Simile est regnum cælorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas. Nisi enim essent in margaritarum generibus etiam malę, nequaquam dictum esset, qnærenti bonas margaritas. In omnigenis autem sermonibus, qui ueritatem profitentur, & gẽmas ferunt, quærunt margaritas. Ac sint, ut ita uocem, quæ ex rore cælesti concipiunt conchæ, uerboq́ ueritatis grauidæ fiunt cælitus, prophetæ, qui ijdem sunt illæ pulchræ margaritę, quas iuxta id quod proposuimus dicere, quęrit homo negociator. Quòd uerò ducit agmẽ margaritarum, quo inuẽto, simul & reliquæ inueniuntur, uidelicet illud preciosum margaritum est Christus dei uerbũ, quod superat preciosas literas, sensusq́ legis ac prophetarum, quo inuento simul & omnia cętera facile capiuntur. Loquitur autem Seruator discipulis omnibus ut hominibus negociatoribus, qui nõ solum quærunt pulchras margaritas, uerum etiam & inueniunt eas, & possident, dum ita dicit: Ne proijcite margaritas uestras ante porcos. Quod autem hæc discipulis dicta sunt, liquet ex eo, quod hos sermones præcedit illud. Videns autem turbas, ascendit in montem, & quum consedisset, accesserunt ad eum discipuli ipsius. Conuenit enim hic sermo cum eo, Nolite sanctũ dare canibus, neq; proijciatis margaritas ante porcos. Proinde uide ne qui non habet margaritas, aut q non habet preciosum illud margaritum, nec discipulus sit Seruatoris. At margaritas inquam bonas, nõ nubilas, non sordidas ac turbidas, quales sunt sermones ab Ecclesiæ decretis dissentientium, quę nascuntur nõ ad orientem, sed ad occasum ac Boreã, si tamen & has oportet adiungere, ob eam quã inuenimus differentiã margaritarum diuersis in locis nascentium. Fortassis autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

autem turbidi sermones,& in operibus carnis uolutatæ hæreses, nubilæ sunt & in limo palustri nascentes margaritæ non bonæ. Adaptabis autem quærenti bonas margaritas & illud, Quærite & inuenietis. Item illud: Omnis qui quęrit, inuenit. Quid enim quæritis, aut quid omnis qui quærit, inuenit? Dicam audacter. Margaritas, & illud margaritum, quod diuenditis omnibus, ac omnium iactura facta, possidet. Ob hãc dicit Paulus. Omnium iacturam feci, ut Christum lucri facerem. Quum omnia dicit, sentit bonas margaritas, quunq; dicit, ut Christum lucrifaciam, sentit unicum illud preciosum margaritum. Itaq; preciosa res est lucerna ijs qui sunt in tenebris, & opus habent lucerna, donec oriatur sol. Preciosa uerò & gloria, quæ fuit in facie Mosi. Ego uerò puto& prophetarum preciosam esse gloriam ac pulchrum esse conspectum, per quem inducimur ad hoc ut possimus uidere gloriam Christi, cui testificatus pater dicit: Hic est filius meus dilectus, in quem mihi complacui. Verum ne glorificatũ quidem fuit, quod glorificatum erat in hac parte, propter eminentem gloriam. Et prius opus est nobis ea gloria, quę recipit abolitionem pro eminenti gloria, quemadmodum opus est cognitione, quæ est ex parte quæ aboletur, quum uenerit quod perfectum est. Oĩs igitur anima quæ uenit ad adolescentiam, pergens ad perfectionem, opus habet donec accesserit ipsi plenitudo temporis, pędagogo, dispensatoribus& actoribus, ut post hæc omnia, qui prius nihil differebat à seruo, quum esset dominus omnium, liber factus, recipiat à pædagogo, œconomis & actoribus bona paterna, quę respondent pretioso margarito, & ei quod perfectum est uẽturo, per quod aboletur id quod ex parte est, quũ eminentiam cognitionis Christi capere quis potuerit, prius exercitatus in cognitionibus succumbentibus, ut ita loquar, cognitioni Christi. Sed pleriq; non intel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ligẽtes pulchritudinem plurium margaritarum legalium, & quæ adhuc ex parte est scientiam omnem prophetarum, credunt se sine illis haustis ac compræhensis omnino inuẽturos unicum illud preciosum margaritum, contemplariq́ eminentiam scientiæ Christi Iesu, cuius comparatione cuncta quæ ante talem ac tantam scientiam fuerunt, quum non sint suapte natura stercora, tamẽ apparent esse stercora, quæ quidem fortasse sunt illa, quæ à cultore uineæ ficui admouentur rudera, efficiẽtia ut ea fructum adferat. Omnia igitur tempus habent, & oportunitas est om̃i rei quæ est sub cælo. Est aliquod tempus colligendi pulchras gemmas, & tempus est post harum collectionem, inueniẽdi unum preciosum margaritum, quo reperto conueniet abire quempiam, ac uendere cuncta quæ possidet ut emat margaritum illud. Quemadmodum enim eũ qui futurus sit sapiens in sermonibus ueritatis, prius oportet elementis institutum esse, & hinc ad maiorem pergere institutionem, magniq́ facere elementariã institutionem, non ramen in hac oportebit permanere, ueluti qui iam eam in precio habuerit initio, sed progressum ad perfectiõem habere gratiam, hactenus utiliter factæ institutioni: Sic ad plenum intellecta quę sunt legis ac prophetarum, institutio quædam elemẽtaris est ad intelligendum Euangelium, adq́ omnem sensum de Christi Iesu factis ac dictis.

Origenes in Hieremiam homilia 3.

De Adamante.

REfert autem de adamante historia, quia fortior sit omni cædenti se malleo, incontritus & incõuincibilis permanens. Licet supra stet malleus, Zabulus, & suppositus sit draco, quoniam est quasi incus indomabilis, nihil tamen in manu dei, & in conspectu eius consistens Adamas perpetitur. Duo itaque cõtraria sunt adamanti isti, malleus & incus im

pro

producibilis. Iam quoddam est & apud nationes tritum uulgi sermone prouerbium: ut de his, qui anxietatibus & ingentibus malis premuntur, dicant: Inter malleum sunt & incudem Tu autem hoc refers ad Zabulum & draconem, qui istiusmodi semper in scripturis, pro uarietate causarum nominibus insigniuntur. & dicis, quia sanctus, qui quasi murus adamantinus, uel in manu domini adamas est, non curet neque de malleo neque de incude, sed quanto plus cæsus fuerit, tanto plus eius uirtutem splendescere. Aiunt eos qui mercimonia lapidum exercent, cum uoluerint probare adamantem, ignorantes, utrum sit adamas an nõ sit, quamdiu malleum & incudem non inuenerint: tunc autem persuaderi esse uerissimum adamantem, si indomitus lapis inter incudem & malleum perseuerat, se percutiente desuper malleo, & incude supposita durior lapidum natura compingit.

Idem homilia in Exodum nona.

SEd ne diutius per singularum demoremur species uirtutũ, possumus breuiter dicere illa significari per hæc, quibus ornaretur Ecclesia: Fides enim auro conferri potest, sermo prædicationis eius argento, lapidibus preciosis æs patientiæ, lignis imputribilibus, scientia quæ per lignum uenit, aut incorruptio castitatis, quæ nunquam ueterascit, bysso uirginitas, cocco confessionis gloria, purpuræ charitatis fulgor, Hyacintho spes regni cælorum. Istæ sint interim materię ex quibus omne tabernaculum construatur. Induantur sacerdotes, ornetur & pontifex.

Idem in Eandem Homilia
decimatertia.

HOc est uerbum quod præcepit dominus, dicens: Sumite à uobis ipsis redemptionem domino omnis qui concepit corde, offerat initia domino aurum, argentum, æramentum, iacynthum,

purpuram, coccum duplicatum & byssum tortam. Pilos caprarum & pelles arietum rubricatas, & pelles iacynthynas, ligna imputribilia, & lapides sardinos, & lapides ad sculpturam, in humerali & podere, & om̄is sapiens in uobis ueniat, & operetur omnia quæ præcepit dominus. Cum considero meipsum primum, & discutio, piget ad hæc aperienda manum mittere.

D. Basili⁹ homilia in sanctam Christi natiuitatem.

Vt enim lumen per crystallinas bracteas: Ita p̱ humanum corp⁹ diuina uis relucet, illustrãs eos, q puros hn̄t cordis oculos.

BAsilius homilia prima de ieiunio. Est lapis eius naturę, quem hinc Amiantō Gręci appellãt, ut inquinari non possit. Hic ab igni nō uincitur, sed impositus igni uidetur ignescere, & in prunam uerti: rursum exemptus igni, perinde quasi fuisset aqua candidatus, apparet purior. Huiusmodi erant illoꝝ puerorum corpora apud Babylonios illud cōsequuta, ut nulla possint ui inquinari. Siquidem uehementi fornacis flamma, quasi natura fuissent aurei, ita apparuerūt innoxia, ui ignis superiores, quin potius auro potentiores declarati sunt. Neque enim illos liquefecit ignis, sed integros illos seruat.

Gregorius Nazianzenus oratiōe de seipso.

SIquidem illud idem uobis propter nos accidisse uidetur, quod ferro ob lapidem Magnetem, ut à me & inter nos quoq; pendeatis, ac unum sentiamus, deiq; sumus omneis, ex quo sunt omnia. Proh catenam admirandam, quam spiritus nectit sanctus uinculis indissolubilib. compaginatã. Idem in dictū Euangeliū. Crede Trinitatem margaritam esse unam, undiq; similem, & æqualiter splendentem. Margarita enim si in aliqua parte deturpatur, tota eius gr̄a euanescit. Ita quum filium ignominia afficis, quo patrem uenereris, nequaquam honorem tuum suscipit, ob filij deho

dehonestationem pater minimeglorificatur. Si sapiēs filius lætificat patrem, quanto magis filij honor, honor erit patris.

Idem in Apologetico.

Qui non aurem meam prius aperuissem eruditiōi domini, ita ut mererer addi mihi aurem quæ non grauiter audiret, & esset sardium preciosum inauris in aure mea, quod est sermo sapientis in aure obedientis.

Gregorius Nyssenus de homine cap. 1. Differt sane & lapis à lapide uirtute quadam, sed Magnetes occulte attrahendo ad se ferrum, & detinēdo ueluti escā suam id facere uolens, aliorum lapidum potentiam & uirtutem excellere uidetur; quod quidem non modo in ferro facit, sed & aliud per aliud tenet, iunctis atque attractis omnibus suam uirtutem communicando. Nā ferrum à magnete detentum, aliud ferrum detinet.

Hilarius in Psalmum 118. Vt quædam metalla atque gemmæ naturæ suæ fulgorem in ea, quæ sibi proxima, refundunt, & æmulātem speciem ex intima sui specie præstant. Et ut Moses ex contemplatione gloriæ dei lumen accepit, ita ut honorem gloriæ suæ populus sustinere non posset: Sic & Propheta seruum dei se illuminari, precari, & iustificationes dei doceri, ut à se non ex parte, neq; per legis umbram, sed facie ad faciem, & spirituali contemplatione cernatur.

Ioannes Crysostomus in Genesim Homilia 8.

NOn uidetis, quod ij, q preciosos lapides in mari quærūt, nō sedent iuxta littus maris, fluctus numerantes: sed in profundum se dimittūt, & (ut ita dicam) quasi in ipsos sinus abyssi descendentes, assequuntur quod tanta opera exquirunt: quamuis qd magnę utilitatis uitæ huic attulerit illorum lapidum inuentio? Vtinam non magna damna & incommoda inferrent. Ex insania enim & rabie, quæ est in pecunias, innumera sequi uidemus mala. Attamen licet tanta inde nascantur mala & damna, non est tamen quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

grauet, ac deterreat eos qui in his occupati sunt, sed & laborem subeunt, & periculis se exponunt, ut inueniꝛ re possint quod quærunt. In diuinis autem scripturis, & in spiritualibus, & preciosis illis lapidibus neque periculum suspicari licet, neque multus est labor, sed lucrum ineffabile, tantum quæ nostra sunt cum alaꝛ critate afferamus.

Idem super Matthæum
Capite 7.

Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis marꝛ garitas uestras ante porcos. Mysteria autem ueritatis margarita sunt, quia sicut margaritæ inclusæ cochleꝛ is positæ sunt in profundum maris. Sic mysteria diuiꝛ na uerbis inclusa posita sunt in altitudine sensum saꝛ cræ scripturæ. Mysteria ueritatis, id est, margaritæ nō sunt dandæ nisi desiderantibus ueritatem, & cum raꝛ tione humana uiuentibus.

Chrysostomus Homilia in Genesim 15. De marꝛ garitis non obijciendis porcis.

IOANNES CHRYꝛ sostomus Homilia in Genesim 13.

ET quod hoc uerum sit, audi beatum Dauid diꝛ centem: Desiderabilia eloquia tua, super aurum & lapidem preciosum multum. Vides quòd cum in medium attulerit materias, quæ preciosiores reputantur, non solum hac comparatione non conꝛ tentus fuit, sed & apposuit multum, & postea excelꝛ lentiam, quæ inde est nobis manifestauit. Super auꝛ rum, inquit, & lapidem preciosum multum, non quòd in tantum duntaxat sint desiderabilia eloquia dei, sed quia solas hasce materias uidit apud homiꝛ nes in maiori precio haberi præ alijs, propter hoc
adductis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

adductis illis in medium, ita excellentiam monstrauit. quòd desiderium & eloquiorum spiritus uehementius sit. Et ut sciatis, quòd semper hic mos sit sacræ scripturæ utilitatem, quæ huic est, sensibilibus rebus conferre, & sic excellentiam ostendere, audi & quæ deinceps subdit: Et dulciora super mel & fauum. Et hic non quod tantam & non maiorem possit præbere uoluptatem, sed quia nihil aliud habetur in rebus sensibilibus, quod diuinorum uoluptati eloquiorum apponeret. Et idcirco cum hoc commemorasset, iterum sic excellentiam docuit, & maiorem dogmatum uoluptatem esse docuit spiritualium doctrinarum. Eadem regula inuenies & CHRISTVM in Euangeliis usum. Nam cum discipulis loquebatur cupientibus discere interpretationem parabolæ eius, qui seminauit bonum bonum semen in agro suo, & inimici zizania inter triticum seminantis, particulatim omnem edisseruit parabolam: quis fuerit qui seminauit bonum semen, & quis ager, & quæ sint zizania, & qui alia interserit, & qui messores, & quæ messis, & quando omnia eis manifesta detexit: tunc dixit: Iusti fulgebunt, sicut sol in regno cælorum, non quòd non maiorem claritudinem habituri sint iusti, sed monstrat quod multo maiorem. Tantum autem dixit, quum maiorem hac similitudinem in rebus uisibilibus inuenire non licebat.

CHRYSOSTOMVS
Homilia decimaquarta, priore ad Timotheum Epistola.

QVemadmodum Vnionum magna differentia est, licet omnes appellentur: Ita & complures uiæ uirtutis; sed unus quidem candens est,

atq; omni ex parte rotũdus, alius uero huiusmodi specie. cæterum alio decore nitescit. Nam ad imitationẽ coralij ueluti quadam arte effictum oblongam præfert lineam, angulosq́; tornatos, habetq́; quiddam albo colore uenustius praxinum, sed omni uirore: alius coloris amœnitate præfert sanguinis speciem, alius mare cæruleo colore superat, alius purpurei coloris est æmulus, solisq́; colores inuenies. Huiusmodi & sancti sunt: alij seipsos exercent, alij & ecclesias secum.

Chrysostomus Homilia 20. Diuersæ sunt ad uirtutem uiæ. Siquidem & margaritæ inter se differunt plurimum, uel si om̃es idem sint nomen sortitę, tamẽ hæc fulgentior est rotunda, illa uero haud parem habet decoẽ, sed alium quendam & uarium. Quemadmodum coralium artificio quodam productas in lõgum lineas aliquando habet, circũcisosq́; angulos & expolitos, coloremq́; à cãdido etsi diuersum, longè tamen delectabiliorem, uiridis etiã iniectus color, præpter omnem uiriditatem iuuat. Item & flos quiddã cõiunctum habet cum innata fragrantia, & sanguinis colorem: & istiusmodi alius aut glaucus fuerit, glaucitate ipsa mare uincit, alius etiam erit purpureo colore splendidior, & istiusmodi plęrosq́; alios uidemus. Insuper & solis colores uarios esse, inuenire facile quis poterit: Sic & his similes dici uiri sancti possunt, quorum nonnulli propria quadam exercitatione & industr a sibi ipsis, plæriq; uerò ecclesię profuere. Chrysostomus Sermone contra hæreticos. Est lapis quidam quem chrysoconion uocãt, quo probatur aurum adulterinum & nothum, si illi atteratur, ostẽditurq́; purum & immixtum numisma.

Hieronymus ad Fabiolam de uestitu sacerdotum.

SEptimum uestimẽtum est mẽsura paruum. Et quę sequnntur, habẽtur in ipsa statim frõte huius libri.

Ex scho-

Vel colorem lap.v.p.]Nam Onychini dicti à colore unguis, qui Græce dicitur Onyx. Et ſmaragdus à lucido uirore dr̄ μάιρω, Græce luceo, additur σ uelut in σμικρὸς pro μικρὸς, futurum μαρῶ, inde deriuatiuum uerbum μαράσσω & σμαράσσω, hinc nomen uerbale σμάραγος, & additione δ. σμάραγδος. Ita Græcum Etimologicum in dictione σμαραγδ῀,Sardonyces autem à patria dictę uidentur, Hieronymo à Sardinia, cum Plinius libro 37.cap.7.palam autumet dictas, quaſi Sarconychas. Nam σάρξ caro & ὄνυξ unguis, quod uelut unguem hominis carni impoſitum repręſentent.

Patriam de patria.]Hæc uerba, de patria, non uideo quid ad rem pertineant. Singulis uerſiculis] Verſiculos ſeriem & ordinem uocat, quod uulgo deprauatè uocant lineam ſeu regulam. Sardius.]Hunc ipſum opinor, quam Plinius Sardam uocat, teſtaturq́ à Sardibus primum repertam, quãuis Theophraſtus Sardij mentionem faciat. Apparet ex Plinio candidum eſſe. Topazius uiridis eſt teſte Plinio.] Quidam dictã putant à Topazio inſula rubri maris, quæ quoniã eſt nebuloſa, cum à nauigantibus ſæpe quęſita eſſet, hinc nomen accepit. Nam τοπάζειν lingua Troglodytarum quęrere ſignificat.[Smaragdus]Et hęc gemma uiret, etiamſi uaria ſunt genera. [Ceraunius.]A colore fulmineo nomen habet.[Carbunculus] Carbonis ardentis ſiue igniti ſpecie eſt. Vnde & Græce ἄνθραξ ſiue ἀνθράκιον id eſt carbo ſiue carbunculus. [Sapphirus]Cœli colorem habet, Græci σάπφειρον uocant. Iaſpis.]Huius uarius eſt color, ſed probatiſſima, cui purpureus eſt. [Ligurius.] Haud dubium eſt, quin lyngurius ſit legendum. Hieronymus ingenuè fatetur ſe gemmã hãc non potuiſſe reperire apud autores, qui de his tradiderunt, nec mirum eſt hominem tantum, tantulum ſuffugiſſe lapillum, cum aliquoties non uideamus & id in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

quod incurrimus. Quanquā meminit Lyngurij Theo phrastus in libello περὶ τῶν λίθων, & hunc secutus Plinius libro 37. cap. 4. Hanc ferunt nasci ex urina lyncis, unde & nomen habet, λύγξ animal est, οὖρος urina. Ea protinus concrescit in gemmam. Sed inuidum animal protinus egestam urinam terra operit, ne possit ab homine inueniri, ad multa efficax medicamēta. Valere enim ad elidendos uesicæ calculos, & aduersus morbum regium, si gestetur aut ex uino bibatur. Non est dissimilis electro, siue succino. Non enim solū attrahit festucas & lignum, uerum ferrum si sit tenuius. Theoprastus huiꝰ rei citat autorē Dioclem. At Plinius neutri credit hac quidē in re:& negat unquā hoc nomine gemmam uisam [Achates] A flumine Scicilię iuxta quod primum reperta est, nomē inuenit. Et huius quoq; uaria genera tradit Plinius. [Amethystus] Ab effectectu nomen habet. Obsistit ebrietati si gestetur, ut autor est Plutarchus, μέθυσος ebrius, & ἀ particula priuatiua. Quanquam non credit Plinius. Est colore candoris purpurei, pellucentis [Principis Tyri] Apud Ezechielem cap. 28. [Ob pulchritu. fist.] Ego pro fistulis, fibulis legendum arbitror.

Hieronymus ad Damasum in epistola, cuius initium, Septuaginta.

VIdetur mihi sermo diuinus calculi appellatione signari. Sicut em̄ calculus genꝰ est lapidis durissimi & rotundi & omni puritate leuissimi: ita sermo dei, qui neq; hæreticorum, neq; omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, calculus dicitur. De hoc calculo Sephora filium circuncidit, & Iesus populum purgat à uitijs, & in Apocalypsi dominus pollicetur uincentibus: ut accipiant calculū & scribatur super eum nomen nouum. Videntur autē mihi & Septuaginta in eo quod ἄνθρακα transtulerūt: idem sensisse quod cæteri ἄνθραξ; quippe quē nos car-

bunculum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

bunculum interpretamur, genus est lapidis fulgidi at que nitentis: quem etiam in duodecim lapidibus inue nimus. Siue igitur calculum siue carbunculum lapidẽ accipimus, in calculo diuini sermrnis ueritas & rigor: in carbũculo, lucẽs doctrina & manifesta mõstrat. Eloquia em̃ dñi, eloquia casta, argentum igne probatũ terræ, purgatum septuplum. Et alibi, Mandatum do mini lucidum, illuminans oculos.

De Crystallo uide Hieronymum in primum Ezechielis caput.

Idem lib. 9. commentarioꝝ in Ezechiel. cap. 28.

ECce ego præparo carbũculum lapidem tuũ, & fundamenta tua sapphirũ, & ponã propugnacu la tua iaspidem & portas tuas lapide crystallo, & murum tuum lapidibus electis, & omnes fillos tuos doctos à deo, & in multa pace filios tuos, & in iustitia ædisicaberis. Super quo quid nobis uideretur, in eiusdẽ prophetę explanationib⁹ diximus. De huiusce modi lapidib⁹ & uicesimus psalmus canit: Dñe in uir tute tua lætabitur rex, & super salutare tuum exulta bit uehementer. Desiderium animæ eius tribuisti eis, & uoluntate labiorum eius non fraudasti eũ. Quoniã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Istę sunt margaritæ prophetarum, & apostolorũ, quæ cõpara tione Christi, oẽs uenundantur in euangelio, ut emat preciosissimũ margaritũ, & lapis de q̊ Zacharias scribit: ꝙ septẽ habeat oculos. i. septẽ gratias spiritusscti. Lege Esaiã. Et ponitur per apl̃m Paulũ in fundamẽto ecclesiæ: sup quo ædificentur aurũ, argentũ, & lapi des preciosi: Quoꝝ colores atq; naturas & efficientias singulorũ non est huius tẽporis disserere, sed propriũ uolumen desiderant: ita ut in Ezechiel, & in Exodo, & Apocalypsi, & in Esaia, sibi omnes lapides & lapidum ordines comparati, magnã & legẽti & disserẽti

faciant

faciant quæstionem. Super quibus & uir sanctus Epiphanius episcopus, proprium uolumen mihi præsens tradidit. Et tricesimusseptimus liber Plinij Secūdi naturalis historiæ, post multiplicem omnium rerū scientiam, de gemmis & lapidibus disputat: Ad quorum noticiam, diligens à nobis mittendus est lector.

Idem libro primo commentariorum in Zachariam, Capite tertio.

Idem in 16. Ezechielis cap. Et calceaui te ianthyno. Aquila & Symmachus, anthina, LXX. & Theodotio hyacinthina transtulerunt, pro quo in Hebræo scriptum est Et pulchrè, quia ad Hierusalem sermo dirigitur, & sub persona fœminæ omnis eius ornatus exprimitur. Hyacinthina & ianthina calceamenta narrantur, quæ uirorum personæ non conuenibūt. Deniq; facturis pascha præcipitur absq; ulla coloris uarietate, ut accinctis lumbis, & pedibus calceatis sint. Ista sunt calceamenta, de quibus & Apostolus scribit, Calceati pedes in præparatione euangelij pacis. Philo uir disertissimus Iudæorum hyacinthon in uestibus pontificis aëri comparat, per quem superna atque cœlestia significari arbitratur. Nec prius Hierusalem calceat hyacinthinis, nisi lauetur aqua. Et mox, Calceantur hyacinthinis siue ianthynis, quod utrunq; aërij & κυανὲς coloris est.

Idem in primum Ezech. cap. Et in medio ei⁹ quasi species electri. In medio, inquit, ignis, & tormentorum dei electri similitudo est, quod est auro argētoq; preciosius, ut post iudicium atq; tormenta, quæ patiētibus tristia uidebantur & dura, preciosus electri fulgor appareat, dum prouidentia dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est.

Idem libro 2. commentariorū in Amos, ca. 4.

ET quomodo sol iste quem cernimus annuū cursum, donec ad pristinam metram redeat, duodecim

rim explet mensibus, qui singuli tricenis uoluũtur die bus: & luna quæ Hebraice Græce μήνη dicitur, iuxta utranq; linguam ex suo nomine mẽsibus nomẽ dedit, & solis illustratur radijs ab ea parte, qua ei uicina est, uel plus uel minus pro uarietate temporum lumen accipiens: Sic & ecclesia ueri solis splendore decorata, duodecim implet apostolorum numerum, unde duodecim in Israël appellãtur tribus, & in testimoniũ æterne de Iordanis alueo duodecim lapides afferũtur, ut ponantur in loco secundæ circuncisionis.

Hieronymus libro commentariorum nono in Ezechielem, cap. 28.

QVorum colores atq; naturas & efficientias singulorum, non est huius temporis disserere, sed propriũ uolumẽ desiderãt: ita ut in Ezech. & in Exodo, & in Apocalypsi, & in Esaia, sibi ẽs lapides & lapidum ordines comparati, magnam & legẽti & differenti faciant quæstionẽ. Super quibus & uir sanctus Epiphanius episcopus proprium uolumen mihi præsens tradidit.

Idem commentariorum lib. 15. in Esaiã cap. 54.

DE natura autem duodecim lapidum, atq; gemmarum, non est huius temporis dicere, cum & Græcorum plurimi scripserint, & Latinorum, quibus duos tãtum nominabo, uirum sanctę & uenerabilis memoriæ episcopum Epiphaniũ, qui insigne nobis ingenij, & eruditionis suæ reliquit uolumen, quod inscripsit περὶ λίθων. Et Plinium Secundum, eundem apud Latinos, oratorem & philosophum, qui in opere pulcherrimo naturalis historiæ tricesimumseptimum librum, qui & extremus est, lapidum atque gemmarum disputatione compleuit. Hi duodecim lapides scribuntur per ordinem in Exodo, in Ezechiele, id est ἐν τῷ λογίῳ pontificis, & in corona atque diademate principis Tyri. Dicamus primum de Exodo.

do. Quatuor ordines intexti erant lapidum. Ordo primus habuit lapidem sardium, topazion, smaragdum. Ordo secundus, carbunculum, sapphirum, iaspidem. Ordo tertius, lyncurium, achatem, amethystum. Ordo quartus, chrysolithum, beryllum, onychinum, auro circundatos, & inscripti erant ex nominibus duodecim tribuum filiorũ Israël. In quo notandum quòd secũdus ordo lapidum etiam in præsenti scriptura sit positus, carbunculus, sapphirus, & iaspis. Necdum enim perfecta retinemus, nec ad patriam peruenimus: quia nunc per speculum uidemus in ęnigmate. Porrò in Ezechiele sic scriptum reperimus, Tu es signaculum similitudinis & corona decoris, in delitijs paradisi dei fuisti. Omni lapide primo indutus es, sardio, topazio, & smaragdo, carbunculo, & sapphiro, & iaspide: argento quoque & auro, & lyncurio, & achate, & amethysto, & chrysolitho, & beryllo, & onychino. Auroque replesti thesauros tuos & apothecas tuas in te. A qua die conditus es, cum cherubim posui te in monte sancto meo: fuisti in medio lapidum ignitorum, immaculatus in diebus tuis ex quo conditus es: donec inuentæ sunt in te iniquitates tuæ. Quis enim tam stultus, & uęcordis ingenij, ut in paradiso dei positum principem Tyri, quẽcunque illum esse crediderit, & conditum inter Cherubim, & inter igneos lapides conuersatum, quos haud dubie angelos intelligimus, cœlestesque uirtutes, putat fuisse eum qui terrenis lapidibus ornatus sit, & habuerit similitudinem & signaculum dei? De natura igitur omnium lapidum, & per partes singulorum, non est huius temporis dicere: neque enim semper dicenda sunt omnia.

Nunc tantum de carbunculo, sapphiro, & iaspide disseramus. Carbunculus qui paratur, siue per ordinem sternitur, uidetur mihi ignitus sermo

doctrina

doctrinæ: qui fugato errore tenebrarum, illuminat corda credentium. Hic est quem unus de Seraphim tulit forcipe compræhensum, ad Esaiæ labia purganda, qui nascitur iuxta Geneseos fidem in terra Henilath, ubi est aurum optimum, lapisq; carbunculus & prasinus.

Porrò Sapphirus qui ponitur in fundamentis, cœli habet similitudinem, & supra nos aëris: qui talis est, ut possit Aristophanium dicere cum Socrate: ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, quod nos in latinum sermonem uertere possumus, Scando aërem, solemque despicio. Siue cum Paulo apostolo: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Ezechielis quoque scriptura commemorat: quòd locus in quo thronus dei sit, sapphiri habeat similitudinem, & gloria domini in hoc colore consistat, qui portat imaginem Supercœlestis. Sed propugnacula urbis dominicæ, hoc est, murorum mœnia iaspide roborantur, qui possunt omnem altitudinem eleuantem se contra scientiam dei destruere, atque conuincere, & mendacium subijcere ueritati. Qui ergo in disputando fortissimus est, & sanctarum scripturarum testimonijs roboratus, iste propugnaculũ ecclesiæ est. Iaspidum multa sunt genera. Alius est enim smaragdi habẽs similitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis: & uocatur N. quo omnia phantasmata fugari autumant. Alius uiridior mari, & tinctus quasi floribus: hunc in Phrygiæ monte Ida, & in profundissimis specubus eius nasci referunt. Alium uero iuxta Iberos, Hyrcanosque, & mare. Caspium reperiri, & precipue iuxta locum Neusin. Est & alius iaspis niui & spumæ marinorum fluctuum similis, & clementer quasi mixto cruore subrutilans. Hoc diximus, ut uniuersas gratias spiriruales in

ecclesiæ

Ecclesiæ propugnaculis cognoscamus, quas qui habu erit, uanos timores fugat, & potest cum sponsa dice- re: Fratruelis meus candidus, & rubicundus. Portę au tem istius ciuitatis, de lapide sunt Crystallo: qui scal- pitur uarijs modis, quo lapide nihil puri9 est. Deniq; uehementissimis alpium frigoribus, & inaccessis soli speluncis, concrescere aquę dicuntur in Crystallum: & tactu quidem lapidem, uisu aquam esse. Per quæ ostē- ditur eos qui in foribus Ecclesię sunt, nulla debere sor de maculari, sed fidei esse purissimę: & dicere cum pro pheta: A mādatis tuis intellexi. Et illud audire: Beati mūdo corde: quoniā ipsi deū uidebunt. Muri autem ci- uitatis siue termini & περίβολος, lapidibus electis extru untur.

Idem in Matthæum Cap. 9.

CErte fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occul- tæ, quæ etiam in humana facie relucebat: ex pri mo ad se uidentes trahere poterat aspectu. Si e- nim in Magnete lapide & succinis hæc esse uis dicit, ut anulos & stipulam, & festucas sibi copulent: quan- to magis dominus omnium creaturarum ad se trahe- re poterat, quos uolebat.

Idem in Epistola ad Damasum Papam, cuius initium, Septuaginta.

VIdetur mihi sermo diuinus calculi appellatiōe signari. Sicut em̄ calculus genus est lapidis du- rissimi & rotundi & omni puritate læuissimi: ità sermo dei, qui neq; hæreticorum, neq; omuium ad- uersariorum potest cōtradictionibus cedere, calculus dicitur. De hoc calculo Sephora filium circumcidit, & Jesus populum purgat à uitijs, & in Apocalypsi domi nus pollicetur uincentibus, ut accipiant calculum, & scribatur super eum nomen nouum. Videntur autem mihi & Septuaginta in eo quod ἄνθρακα transtulerunt: idem sensisse quod cæteri' ἄνθραξ: quippe quem nos car bunculū interpretamur, genus est lapidis fulgidi atq; niten

nitentis, quem etiam in duodecim lapidibus inueni-
mus. Siue igitur calculum siue carbunculum lapidem accipimus, in calculo diuini sermonis ueritas & rigor, in carbunculo lucens doctrina & manifesta monstratur. Eloquia enim domini, eloquia casta, argentum igne probatum terræ, purgatum septuplum. Et alibi: Mandatum domini lucidum, illuminans oculos.

Idem Comment. in Esaiam lib. 3. Cap. 6.

ET calculus iste qui à solis lxx. ἄνθραξ. i. carbunculus est interpretatus, potest non carbonem significare uel prunam, ut plærique existimant, sed ἄνθρακα. i. carbunculum lapidem, qui ob coloris flammei similitudinem igneus appellatur. Ex quo intelligimus, & altare dei plenum esse carbunculis, hoc est ignitis calculis, & prunis peccata purgantibus, unde scriptum de deo legimus. Carbones succēsi sunt ab eo. Et de ipso domino dicitur, quod ignis consumens sit. Et Saluator in Euangelio: Ignem ueni mittere super terram, ut baptizaret in spiritu sancto & igni: uniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit.

Idem in Aggeū. Cap. 3.

ISti sunt lapides de quibus extructurum se Hierusalem dominus repromittit: Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua sapphirum, & ponam propugnacula tua iaspidem, & portas tuas de lapide Crystallo, & murum tuum de lapidibus electis. Neque enim putādum est secundum Iudaicas fabulas & iuxta figmenta, deum auro & gemmis ędificaturum Hierusalem, & non uiuis lapidibus, qui nunc uoluuntur super terram, & iuxta naturas lapidum, uel agniti fide sunt ut carbunculus, uel toti cælestes in thronum dei reducti, ut sapphirus, uel innocētia & bonorum operum simplicitate lucentes, ut crystallus. Idem in Esaiam Ca. 54.

Ipse ueniat, ipse descendat, & ædificet in terris cæ-

lestem Hierusalem, quæ in Apocalipsi Ioannis uocatur sponsa & uxor agni, habens lumen simile lapidis preciosi sicut Iaspidis & Crystalli, & murum magnũ, & portas duodecim inscriptas matribus tribuum Israel, quarum tres erant ab oriente, & tres ab aquilone, & tres ab austro, & tres ab occasu solis, murusq́ fultus duodecim fundamentis, cuius omis ædificatio ex lapide Iaspide, & singula fundamẽta murorum habebant singulos lapides, primum Iaspidem, secundum sapphirum, tertium chalecedoniũ, quartũ smaragdũ, quintum sardonycẽ, sextum sardium, septimum chrysolithum, octauum beryllum, nonum topazium, decimum chrysoprasum, undecimum hyacinthum, duodecimum amethystum, ꝗ legentes exclamamus illud & dicimus: O profundum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles uiæ ei⁹. Quis enim cognouit sensum dñi? aut quis consiliarius eius fuit? Et item, Quis sapiẽs & intelliget hæc? intelligẽs & cognoscet ea? Hiero. ad Dama. Nos possum⁹ & duodecim lapides altaris, quos ferrũ nõ tetigit, duodecim gemmas, ex quibus sacerdotis diadema constructum est accipere, quos & Ezechiel memorat, & Apoc. non tacet. Idẽ ad Demetriadẽ de uirginitate seruãda.

Vt taceam de inaurium pretijs, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium, smaragdorũ uirore, cerauniorum flammis, hyacinthorum pelago, ad quæ ardent & insaniunt studia matronarum.

Idẽ lib. 3. Cõment. in Amos, capite 7.

Diximus ut potuimus qd ab Hebræis nobis iuxta historię sit traditũ ueritatẽ: trãseamus ad anagogẽ, de Xenocrate, q scribit sup lapidũ gẽmarũq; naturis pauca uerba ponẽtes. Adamas sui noĩs lapis est, quẽ latinè indomitũ possumus appellare, eò ꝗ nulli cedat materiæ, nec ferro qdẽ: Nã si ponat̃ sup incudẽ, & graui ictu feriat̃ mallei, antea incus & malleus uulnus accipiunt, q̃

unt,q̃ adamas cõterat. Cũq́ʒ ignis oĩa domet,& uniuersa metalla cõsumat,reddit Adamãtẽ duriorẽ,ut ne paruulũ qdẽ angulũ uis nimij ardoris obtũdat. Vidi & in auro adamãtẽ magnitudine milij,cũqʒ uicinũ cõsumat aurũ lõgo usu ac nimia uetustate,solus adamas nõ atterit,&nulla lima imminui põt,sed ecõtrario limã terit & qcqd attigerit,lineis sulcat. Hic lapis durissimus & indomabilis,solo hircorũ cruore dissoluit,& missus in calidũ sanguinẽ pdit fortitudinẽ suã. Est autẽ paruus & indecor⁹,ferrugineũ habẽs colorẽ,& splẽdorẽ crystalli. Quatuorq́ʒ adamãtis gña describunt. Primus In dicus,2. Arabicus,3. Macedonicus,4. Cyprius,p q̃litate regionũ plus uel minus duritiã possidẽtes. Dr̃ q̊qʒ in electri similitudinẽ uenena dephẽdere,& maleficis resistere artibus.

Idẽ in Zachariã. Cap.7

Porro quod dicitur iuxta Hæbraicũ: Et cor suum posuerunt adamantẽ,duritiam cordis ostendit,& cor lapideũ,q nol uerint uerba dei suscipere. Adamas enĩ lapis fortissimus,q Hæbraicè dicitur intantũ durus est,ut omnia metalla confringat,& ipse nõ cõfringatur ab ullo. Vnde à Græcis ἀδάμας indomabilis dicitur. Ab hoc Adamante induratum est cor Pharaonis, ne dimitteret populum dei.

Idem In Esaiam Cap.lxvi.
Cõmentariorũ lib.18.

Aiunt qui de animãtiũ scripsere naturis, oĩm qdẽ bestiarũ,& iumentorũ, & pecudum auiumqʒ ingenitũ esse in filios,pullosq́ʒ suos affectum,sed maximũ eẽ amorẽ aqlarũ,q̃ in excelsis & inaccessis locis nidos collocãt,ne coluber factus uiolet. Amethyston q̊qʒ inter pullos eius lapidẽ reperiri,q̃ oĩa uenena superent. Si hoc uerum est,rectè affectus dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco & coluber antiquus, diabolus & satanas obrepat nouellis fœtibus, ut ad nomen

lapidis, qui ponitur in fundamentis Sion, omes aduersariorum frangantur insidiæ.

Commentariorum lib. 3. in Lamentatiões Hieremię. Caput. 4.

SApphiro pulchriores. Et aëri quippe coloris est sapphirus. Et quia præcedentes multos, atq; ad superna tendentes. per cælestem conuersationem uidentur uincere, narrantur sapphiro pulchriores extitisse. Idem in 17. Hieremiæ Cap.

Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue Adamantino. Lapis, inquit, Adamantinus, q; indomitus sit & infrangibilis, hoc nomen accepit: tantum nitorem habet & lęuitatem, ut absq; ullo impedimento in eum scribi possit stylo ferreo, ut dura ferri materies scribat in tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuum. Ipsi enim dixerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros.

D. Ambrosius in psalmũ cxviij. Sermone. xvi.

PRopter hoc dilexi mandata tua super aurum & topazion. Diximus continentiam sensus, nũc de topazio lapide exprimamus historiam. De quo inuenimus scriptũ in historia Xenocratis: qui scripsit quasi lithosnomon, nasci eum uel inueniri circa Thebaidis ciuitatem: alabastrum uel topaziõ, ut aliqui putant, unã & nominatus est ab eo loco in quo gignit. Sũt autem qui putauerunt insulam nuncupari Topazion, ad quam appulsos Troglodytas, orta subita commotione maritima, q; nauium usum non haberent reuerti nequiuisse. Deinde plurimo immorantes tempore, in insula inuenisse lapidem, & delectatos colore eius repetisse domum: & Arabiæ negotiatoribus aduenientibus uendidisse, ab illis emisse Philonem, & ad matrem Ptolemæi secundi, cui nomen erat Beronice, ab ipso eẽ perlatum. Illam autem quamuis regalibus ornamentis abundaret, supra modum tamen coloris eius stupe

factam

factã, elaborasse ut diuti⁹ species tam preciosi lapidis non lateret, ideoq́ꝫ studio eius quęsitum lapidem in usus frequentiores uenisse. Diximus quomodo innotuerit topazion lapis: nunc expressius de eius qualitate dicamus. Duorum colorum est in hoc lapide κρᾶσις, hoc est, tẽperata permixtio, πρασοειδὴς & chrysopa, similis chrysopraso, secundum utrunqꝫ uelut quasdam extendens colorum figuras, & plenius quidem à peritis fertur extendere. Est autem parychrus & satis purus, & chrysochrus, & pinguis resplendenti similis, maximè cum solis splendore percutitur. Est etiam pulcherrimus & mirabilis super omnes chrysoprasos, magnitudine, ut dixi, usu pinguior. Natura huiusmodi, ut si polire & leuigare eum uelis, asperetur magis, usu minuitur. Est autem quodam genitali opere naturę euglyphus, hoc est bene insignitus, mirabilis, summo studio dignus habetur. Difficilè inuenitur, & repert⁹ insignitur, rarò tamen in usu hominum est, quasi is quem diues regina mirata sit. Sed iam sicut Troglodytę illi q̃si præcisi ora mansionis, lapide inuento repetierunt domum: ita & nos emolumento moræ huius recepto redeamus eò, unde diuertimus. Nec par est nos ornamẽtis regijs diutius sermonis nostri quædam admouere brachia, cum habeamus in manibus crucem Christi, quam admonet propheta super aurum & topazion p̃ferendam, quæ ab omni errore culpaq́ꝫ reuocat & corrigit. Quis enim iustorum non ambiat Christi in morte solatium, in resurrectione consortium? Quis non reflectat gradum, quando audit sibi superiora om̃ia peccata donari? Hoc enim plæriqꝫ ad conuersationis studium reuocari solebant, quod delictorum suorum cõscij nullam spem ueniæ præsumerẽt, & Ecclesiæ quanto sanctiora præcepta, tanto magis sine uenia putarẽt esse præcepta. Idem lib. de Helia & ieiunio ca. 7.

Adamãtius nullo consumitur igni, imposit⁹ focis

ignescit, subtractus de flamma mundus resplendet.

Idem lib. de Helia & ieiunio, Ca. 7. Est, inquit, quędam creaturæ natura, quã Adamantinam uocãt, quæ nulla face ignis consumitur, quæ imposita focis ignescit, ilico sublata de flamma tanq̃ aquarũ fusione munda resplendet. Talia erant Hebræorum puerorũ corpora, quæ de ieiunio adamanti transformata natura, uapore ignis non ad dispendium sui, sed ad gratiam mutabantur. Deniq; cum furerent fornacis incendia, ut ultra quadraginta cubitos flamma per circuitum funderetur, consumens plures quos repererat Chaldęorum q̃ naphtha, pice, & stupa, atq; sarmẽto alimenta ignib. ministrabãt, ubi cum ieiunio ingressi sunt discusso ardore flammarum in medio fornacis tepore statim roris spiritu refrigerantis humescere: ita ut eorum nullus capillus capitis exureretur, quia illa quoq; ieiunia comam pauerant.

Augustinus in Psalmum 86. Fundamenta eius in montibus sanctis.

ET in Apocalypsi scriptum est. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim apostolorũ & agni. Et infra: Et fundamẽta muri ciuitatis oĩ lapide p̃cioso ornata, & fundamentũ primum Iaspis &c. Et fundamenta, inquit, muri ciuitatis, qui est Ap̃li omni lapide p̃cioso ornata. i. oĩ gñe uirtutũ, & fundamentũ primũ Iaspis. i. Petrus Chr̃i uicarius, q dr̃ Iaspis ob fidei uiforẽ iã marcescẽtẽ. Scd̃m Sapphirus. i. coloris cęlestis, & Paulũ significat, q raptus fuit usq; ad tertiũ cælũ, q similis fuit sereno cælo, q p̃cussus radijs solis. i. Chr̃i, q illũ è cælis uocauit, ardentem emisit fulgorem, cuius conuersatio in cęlis fuit. Quia uero sole innouatus, ardentius æterna quæsiuit, & alios quærere docuit. Tertium Chalcedonius, qui colorem habet pallentis lucernæ, qui fulget sub diuo, in domo obscurius, omnium

um ſculpentium argumentis, reſiſtit radio ſolis uel digitorum attritu excandens paleas ad ſe trahit. Significat ergo D. Ioannem, qui flamma internæ charitatis ſemper fuit accenſus, qui foris deſpectus in occulto lucebat, & bona in abſcondito agebat. Sed cum alijs prodeſſe putabat, tunc apparebat, quid intus fulgoris habebat. Sculpentibus reſiſtit, quoniam inter aduerſa ſeculi fortis & inſecabilis fuit, & à nullo uinci potuit: & calefactus radijs ſolis, id eſt, Chriſti, uel digiti, id eſt, ſpiritusſancti, paleas ad ſe traxit, id eſt, peccatores.

Quartus Smaragdus, qui nimiæ eſt uiriditatis, omnes in uiriditate ſuperans herbas ac frondes, ut & aërem circum fluuium uiridem reddat. Et Iacobum ſignificare poteſt Apoſtolum, qui miræ fuit uiriditatis, & tantæ uirtutis, ut propter ipſius mortem putauerit Ioſephus Hieruſalem penitus eſſe deſtructam.

Quintum Sardonyx, qui nigredinem in imo, candorem in medio, & ruborem in ſummo habet: ſignificans Iacobum Maiorem, qui per humilitatem niger, id eſt, deſpectus fuit, ſed candidus in medio, id eſt, in corde, & in ſummo rubeus per martyrium. Nam primus inter Apoſtolos martyrio coronatus eſt.

Sextum, Sardius qui eſt ſanguinei coloris, martyrium ſignificans, & Andream ſignificat, qui uidens à longe crucem ſibi paratam, ait: O bona crux, diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata: ſecurus & gaudens uenio ad te. Nam & hic lapis hominem lætificare timore expulſo dicitur.

Septimum Chryſolithus, qui aureum habet fulgorem, & ſcintillas ardentes uidetur emittere, & nocturnos timores pellere aſſeritur: ſignificans Matthæum Apoſtolum & Euangeliſtam, qui fuit aurei fulgoris in Euangelio, & ſcintillas emiſit ardentes prædicationum, & miraculorum, quibus populos Aethiopum ad fidem conuertit.

Octauum Beryllus, qui lucet ut aqua sole percussa, & manum urit tenentis, quanquam nonnulli asserant uiridis & pallentis esse coloris, & reddere hominem (ut dicitur) mitem atque benignum: & significat Simonem fratrem Iudæ, qui tam uita, quàm prædicatione luxit ac splenduit, ut multos cum fratre ad Christum conuerteret sua mãsuetudine, & benignitate, quamuis exterius pallidum uideretur habere colorem. i. contemptibilem esse hominem. Nonum Topazius, qui habet aureum colorem, & æthercam habet claritatem, & quum splendore solis tangitur, omnium superat claritatem gemmarum: & significat Bartholomęum, q aurei coloris fuit ob sapientiam, & æthercam habuit claritatem ob orationum frequentiam: centies enim in die, & centies in nocte flexis orabat genibus, cuius candida uestimenta nunquam ueterauerunt, nũquam sordes contraxerunt. Decimum Chrysopassus uiridis coloris, & aureæ mixturæ, siue ut alij asserũt, purpurei coloris cum guttis aureis, & significat Thomã, qui uiridis fuit fidei, postquam latus tetigit. Nam clamauit tacto lactere: Dominus meus & de⁹ meus. Guttæ aureæ fuerunt eleemosynæ pecuniarum, quas habuit à rege pro ædificando palatio. Vndecimum Hyacinthus, qui in sereno est pspicuus, & in nubilo obscurus, significãs Philippum. Duodecimus Amethystus qui est purpurei coloris mixto colore uiolæ & rosæ, significans Iudam fratrem Simonis.

Augustinus in enarratione Psalmi 147.

Mittit crystallum suam sicut bucellas.

Est, inquit, crystallum species quędam in modum uitri, sed candidum est. Hoc autem genus traditur ab eis, qui nouerunt, unde dubitare non debemus, quoniam fidelissima scriptura testimonium dicit. Traditur enim crystallus durata per multos annos, & non resoluta, niue ita congelascere, ut resolutio non facilis

lis fit:niues præteritę hyemis facile dissoluit æstas adueniens:non enim ad cōfirmandum duritiam accessit annositas. Vbi autem niues multæ per multos annos missæ fuerint,&copia sua uiolētiam æstatis euicerint, non æstatis unius, sed multarum, præsertim in his terræ partibus .i. in Aquilonia plaga, ubi nec æstate sol perferuētissimus inuenitur, ipsa diurna & annosa duritia reddit hanc speciem, quam crystallum dicimus.

Augustinus lib. 2. de sermone dñi in monte.

Margaritæ sunt quæcunq; spiritalia magni æstimanda sunt, quæ in abdito latent tanquam de profundo eruuntur, & allegoriarum integumentis quasi apertis conchis inueniuntur.

Augustinus de ciuitate dei lib. 21. cap. 5.

Legimus Asbeston Arcadiæ lapidem, propterea sic uocari, q accensus semel iam non possit extingui. Pyriten lapidem Persicum, tenentis manum, si uehementius prematur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit. In eadem Perside gigni etiam lapidem Selenitem, cuius interiorem candorem cum luna crescere atque deficere.

Augustinus lib. 21. cap. 4. de ciuitate dei.

Magnetem lapidem nouimus, mirabilem ferri esse raptorem, quod cum primum uidi, uehementer inhorrui. Quippe cernebam à lapide ferreum annulum raptum atq; suspensum, deinde tanquam ferro quod rapuerat uim dedisset suam, cōmunemq; fecisset, idē quoq; annulus admotus est alteri, eumq; suspendit, atq; ut ille prior lapidi, sic alter annulus priori annulo cohærebat. Accessit illi eodē modo tertius, accessit & quartus. Iamq; sibi per mutua connexis circulis nō implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adhærentium, quasi catena pependerat annulorum. Quis istam uim lapidis non stuperet, quæ illi non solū inerat, uerum etiam per tot suspensa transibat, & inuisibilibus

ea uinculis subligabat? Sed multo est mirabili⁹ quod à fratre & coëpiscopo meo Seuero Milleuitano de isto lapide cognoui. Seipm nāq; uidisse narrauit, quemadmodū Bathanus quondā comes Africę, cū apud eū cō uiuaretur episcopus, eundem protulerit lapidē & tenuerit sub argento, ferrumq; super argentum posuerit, deinde sicut subter mouebat manum, quà lapidem tenebat, ita ferrum desuper mouebatur, atq; argento medio, nihilq; patiente, cōcitatissimo cursu ac recursu infra lapis ab homine, supra ferrum rapiebatur à lapide. Dixi quod ipse conspexi, dixi quod ab illo audiui, cui tanquam ipse uiderim credidi. Quid etiam de isto magnete legerim, dicam: quando iuxta eum ponitur Adamas non rapit ferrum, & si iam rapuerat, ut ei appropinquauerit mox remittit. India mittit hos lapides. Sed etsi eos nos cognitos iam desistimus ad mirari, quanto magis illi à quibus ueniunt, si eos facillimos habent: sic forsitan habent ut nos calcem, quā miro mō aqua feruescentē, qua solet ignis extingui, & oleo non feruescentem, quo solet accendi, qa in promptu nobis est: non miramur præterea æs, ferrum argentum, terra atque harena obtegi, uerum qui auri uenas argentiue rimantur, metalla quidem effodiunt, ramenta uero sibi & minutias colligunt: postquam uerò impressis notis aurum iam signatum est, incussumq; imperatoris characterem accepit, non illud aurei loculi, sed thecæ uel ex corio ex marmore confectæ inditum seruant. Iure igitur factum est, ut uerissimas de diuinis humanisq; rebus traditiones, non illustres eloquentia tumidique sermone, sed simplices, humilesq; ac omnibus mortalibus noti prædicent, magnumq; adeo ineffabilem thesaurum uiles ad modum thecæ despicabilesq; circumferant.

Theodoritus Cyrenensis Episco. De curatione infidelium Græcorum Ser. 5.

De na

DE natura huius lapidis quē Magnetem uocāt, eam esse uim cōstat, ut omnē aliā materiā quietam esse, immotāq; dimittat, ferrum uerò dūtaxat ad sese trahat, nonnunquam uerò alte à se sublatum quasi ostentet, tametsi nullis idipsum rebus ab inferiori loco suffulciatur, nec supernè aliquo nexu uisibili colligetur, sed eius lapidis incubante uirtute, occulta nobis ratione suspensum sit. Tale uerò qppiam & in diuinis scripturis, & in uerbis quæ de deo fiunt, solet contingere, ut facile is cognoscet, qui diligenter aduertet. Plurimi enim, imò, ut ita dicam, cuncti ferè mortales aurem illis accommdant, soli uerò capiuntur, qui alumni sunt fidei. cum tamen ab inferiori loco nullius terrenæ felicitatis solatio teneātur, neq; quicquàm appareat unde à superiori loco uincti dependeant, sed ad occultas duntaxat rerum spes, mētem, animumq; accommodent.

Sermo. 9. de legibus. Vos quidem uiri Græci elegātes compositosq; sermones audire percupitis, quærentes his quàm maxime permulceri. Vbi uerò tales non inueniatis, risu effuso eos contemnitis, ac maledictis incessitis, quin obstructis auribus, quæ dicuntur, audire non uultis. Contra uero animaduertere uos oportuit, ita usue uenire, ut ea quæ sunt quàm maxime preciosa. cuncta ferè uili materia integantur. Videre siqdem est preciosum unionē, quales ampli ac magnifici uiri apud se eē desiderāt, aspnabili admodū testæ innasci, eademq; nutriri, augescere, occultari. Qui uerò eū sibi coēmunt, auri plurimū persoluētes, missam faciūt testā. Prēterea uerò pellucētes gēmas, ornādisq; regijs capitib. destinatas, aliud gen⁹ lapidis extrinsec⁹ circūuestit, despicabilis ille qdē atq; inutilis. Qui ergo eas gēmas expoliunt, ad ornatūq; cōcinnant, superfluā illam testā nihil q; pendendā circūputātes abradētesq;, nitorem lucentium lapillorum detegunt & expediūt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Aurum quocꝫ quod paſſim à multitudine peramatur, iam purgatum à fecibus, non in loculis aureis circum fertur, ſed in uili corio: Ita erat eruditio in Apoſtolis, & quæ ſequuntur.

Marſilius Ficinus Florentinus de uita cælitus comparanda lib. 3. cap. 12.

HAc uticꝫ ratione ſmaragdus, hyacinthus, ſapphirus, topazius, rubinus, unicorni cornu, prę cipue uero lapis bezaar apud Arabes appellatus, occultis gratiarum proprietatibus prædita ſunt: Et idcirco non ſolum intus aſſumpta, ſed etiam ſi carnem tangant, ibicꝫ calefacta uirtutem ſuam promant, uim inde cœleſtem ſpiritibus inſerunt, qua ſe contra peſtem tuentur atcꝫ uenena. Quod autem hæc ſimiliáque tale aliquid agant uirtute cœleſti, id argumento eſt, quia etiam exiguo pondere ſumpta non exiguum habent in agendo momentum. Quod elementari qualitati uix unquã eſt conceſſum, igni uidelicet ualde cœleſti. Materialis enim uirtus ut agat multũ, materiam deſiderat multam. Formalis autem, etiamquum minima materia ualet plurimum. Simili uirtute in primis Phœbea Pæonia carnem tangens, contra caducũ morbum ſpiritus armat uapore ad eos intus infuſo. Simili corallus & chalcidonius aduerſum atræ bilis illuſiones, Iouis præcipue Veneriſcꝫ uirtute: cæteracꝫ ſimiliter. Eiuſmodi quadam proprietate myrobalani iuuẽtutem ſeruãt, acuuntcꝫ ſenſus, & ingenio proſunt atcꝫ memoriæ, propter Iouem in primis Saturni temperatorem, atcꝫ Mercurium ſenſus amicum. Quam quidẽ arborem forte aliquis in paradiſo ad uitam prorogandam extitiſſe putabit. Mercurio lapidem achatẽ conſecrant: Vnde Phyſici conueniũt, ad facundiã uiſumcꝫ & contra uenena ualere. Serapio ſcribit eum qui hiacynthum uel ex eo ſigillum geſtat, eſſe à fulgure tutũ, atcꝫ hanc uirtutem eius eſſe latiſſime diuulgatã: quam ſi ha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

si habet, ab Ioue putamus habere. Lapis ætites uel aquilinus habet à Lucina, id est Venere atq; Luna, ut ad motus uuluæ, partũ mox & facilime citet. Quod Rasis confirmante Serapiõe frequenter se dicit expertũ. Forsan & à Phœbo qui transfixit Pythonem.

Idem eodem libro cap. 15.

ALterum uero recuset lapillum, Heliofelinõ cognomento, qui Solis Lunæq; coniunctæ Soli naturaliter habet imaginem. Hunc ergo quisquis argento inclusum deaurato similibus collo filis admouerit, quando Luna in domicilio suo uel Solis in eodem minuto cum Sole congrediiur, suosq; teneat angulos, Solarem simul atq; Lunarem spiritum reportabit, aut saltem talem qualis euadit Luna per cẽtrum copulata Soli. Hic uero tu uides dispsas Phœbi dotes, uelut Osyridis mẽbra, sororem eius Phœbem uelut Isidem cõgregare. Sed utinam Solarem alicubi lapidem facile reperiremus uel Lunarem, adeò in eorum ordine præpotentem, quemadmodũ sub serie Septentrionalis poli Magnetem habemus & ferrum. Solarem profecto ferunt inuenisse apud Indos Apollonium Theaneum, lapidem scilicet nomine Pantauram, ignis instar micantem, sub terra passus quatuor nascentem, cui tantum spiritus insit ut tumeat, & plerunq; scindatur terra, ubi eiusmodi lapis concipitur: ita cæteros ad se lapillos trahens, sicut Magnes ferrũ. Sed lapis hic Herculeus ad se contemplandũ uehementius adhuc nos in præsentia rapit. Videm⁹ in specula naturarum indice poli libratum acum affectum in extremitate Magnete moueri ad Vrsam, illuc uidelicet trahente Megnete: quoniam & in lapide hoc præualet uirtus Vrsæ, & hinc transfertur in ferrum, & ad Vrsam trahit utrunq;. Virtus autem eiusmodi tum ab initio infusa est, tum continue Vrsæ radijs uegetatur. Forsitan ita se habet Succinum ad polum alterum &

ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ad paleas. Sed dic interea, Cur Magnes trahit ubique ferrum? non quia simile, alioquin & Magnetem Magnes traheret multo magis, ferrumq́ ferrum. non quia superior in ordine corporum, imò superius est lapillo metallum. Quid ergo? Ambo quidem ordine Vrsam sequente clauduntur, sed superiorem in ipsa Vrsæ proprietate gradum tenet Magnes, inferiorem uero ferrum: Superius autem in eodem rerum contextu trahit quidem quod est inferius, & ad se conuertit, uel aliter quomodolibet agitat, aut efficit uirtute prius infusa. Inferius uicissim eadem ad superius infusione conuertitur, uel aliter agitatur, uel prorsus afficitur. Sic in serie Solis inferior homo admiratur superiorem: In ordine Iouio ueneratur: In Martio timet: In Venereo inferior ad superiorem rapitur amoris ardore, deseritq́ seipsum: Mercuriali semper hic discit, uel persuadetur ab illo: In Lunari motum hic ab illo sæpius exorditur: In Saturnali quietē. Ego autem quū hæc explorata hactenus habuissem admodum gratulabar, cogitabamq́ iuuenis adhuc Magneti pro uiribus insculpere cœlestis Vrsæ figuram, quando Luna melius illuc aspiciat, & ferreo tunc filo collo suspendere. Sperabam equidem ita demum uirtutis me sideris illius compotem fore. Sed quum diutius explorassem, inueni tandē sideris illius influxus Saturnales esse plurimum atq́ Martiales. Accepi à Platonicis malos dæmonas plurimum Septentrionales existere, quod etiam Hebræorum astronomi confitentur, noxios Martiosq́ dæmonas in Septentrione ponentes: Propitios autem & Iouios, in meridie. Didici à Theologis, & à Iamblicho, imaginum fictores à dęmonibus malis occupari sæpius atq́ falli. Vidi equidem lapillum Florentiam aduectum ex India, ibi è capite draconis erutum, rotundum ad nummi figuram, punctis ordine quamplurimis quasi stellis naturaliter insignitum, q

aceto

aceto perfusus admouebatur parumper in rectum, immò obliquum, mox ferebatur in gyrum, donec exhalaret uapor aceti. Existimaui equidem lapillum eiusmodi cœlestis draconis habere naturam, atque quasi figuram, motum quoque illius accipere, quatenus per aceti seu uini ualentioris spiritum draconi illi siue firmamento familiarior redderetur. Hunc igitur qui gestaret, & aceto sæpe perfunderet, uim aliquam forte draconis illius acciperet, qui geminis anfractib⁹ hinc quidem Vrsam maiorem implicat, inde minorem. Extat & prope Scorpionem serpentarius quasi homo serpente cinctus, manu dextra caput serpentis tenens, sinistra caudam, genibus quasi flexis, capite paulum resupino. Legi equidem magos Persarum regi cõsuluisse, ut imaginem hanc lapidi imprimeret Hæmatiti, quem aureo clauderet anulo, ita tamen ut inter lapillum atque aurum serpentariæ radicem insereret. Hoc enim anulo gestantem contra uenenum morbosque uenenosos tutum fore, uidelicet si Luna serpentarium aspicienre feceris. Hanc imaginem Petrus Aponẽsis cõfirmauit. Ego uero, si hanc anulus ille uim habet, arbitror non tam per figuram quàm per materias eiusmodi, & hoc pacto temporeque compositas sibi cœlitus uẽdicare. Memento lapillos nascẽtes in animalibus nec inde languentibus, ut in dracone, gallo, hirundine, cæterisque, efficaces existere fermè, ut lapilli in terra nascẽtes, atque ad easdem referri stellas, ad quas hæc animalia pertinent. Hinc Alectorius ex uentriculo galli ueteris tractus pollet potestate Solari, per quem Dioscorides ait sæpe compertum esse, eum pugnare inuictum qui lapillum hunc ore gestaret. Idem ait, Chelidoniũ rutum ex hirundiue rufum, curare melancholicum, & amabilẽ idoneũque reddere. Quod quidẽ habet ex Ione, p ea quæ diximus, scilicet res ubique infra Lunã stellares existere. Ex parabolis siue similibus Erasmi.

Quidam

QVidam Amethyſtum adhibent in compotationibus aduerſus ebrietatem. Multo magis in audiendis poetis præcepta ſunt adhibēda, ne quid inficiant animum. Vt Pyrites gemma non aperit uim igneã, niſi ſi atteras, tum enim digitos adurit: Ita quorundam malitiam non ſentias, niſi cum illis cõſuetudinem aut commertium habueris, aut nõ ſentias philoſophiæ uim niſi exerciueris: Ita ſuccina attritu uim attrahendi & odorem produnt. Quemadmodum gemma Chalazias, etiam ſi in ignem conijciatur, tamen natiuum frigus ſuum retinet: Ita quidam ſic frigēt ad literas ac uirtutem, ut nullis exemplis, aut hortatibus inflammare poſſis. Sicut Alexãder Magnus uetuit, ne quis ſe pingeret præter unum Apellem, aut ne quis ſe fingetet ære, præter Lyſippũ, aut gemma ſculperet prẹter Pyrgotelem, ſummos uidelicet artifices: Ita non cõuenit Chriſtum à quouis prædicari, aut uirtutem à quouis laudari. Vt gemma minutula quẹdam res eſt, ſed ingentibus tamẽ ſaxis anteponitur: Sic homo puſillus, ſed ingenio ualẽs, aut ſic philoſophia, ſeu uirtus oſtentatione minimumquiddam eſt, ſed pretio maximum. Vitrum mire Cryſtallum imitatur, res uiliſſima rem longe precioſiſſimam. Ita aſſentatio amicitiam imitatur, res peſſima lõge optimam. Vt cryſtalli fragmẽta ſarciri nullo modo poſſunt: Ita difficillimum eos reconciliare, qui exarctiſſima familiaritate in mutuum odium uenerunt. Vt natura gemmas altiſſime recondidit, uilia paſſim obuia ſunt: Ita quæ ſunt optima, pauciſſimis nota ſunt, nec niſi ſummo ſtudio eruuntur. Vt Succina paleas ad ſe trahũt, Magnes ferrum, Chryſocolla aurum: Ita quiſque aſciſcit ſibi ſuis aptum moribus.

Vt indomita uis Adamanti, unde & nomen additum gẽmæ, adeò ut nec caleſcat igni, nec ferro cedat, quin magis ictum ita reſpuens, uti ferrum ſimul & incudes

cudes dissiliant: Sic sapiẽtis animus aduersus omnem fortunæ sæuientis impetum inuictus. Quemadmodum Adamas aduersus omnia inuictus: hircino sanguine eoq́ calido, ac recenti maceratus, malleo frangitur: Ita quædam ingenia nulla ui peruincas, blanditia emolliẽda sunt. Adamas una re mollescit ad ictus ferri, alias indomitus: Ita nullum est ingenium tam ferũ, quod non aliqua ratione queat expugnari. Quemadmodum si ferrum inter adamantem ponas & magnetem, diuerso nisu, nunc huc, nunc illuc fertur: Ita dubius animus nunc ad honesta rapitur, nũc ad diuersa trahitur affectibus. Vt adamas si iuxta magnetem ponatur, non patitur abstrahi ferrum, aut si admotus magnes apprehenderit adamas ediuerso, rapit, atque aufert: Ita pecuniæ studium dissidet cum Christiana pietate, & modis omnibus auocat, nec sinit adhærescere Christo. Sicuti Nero princeps gladiatorum pugnas Smaragdo spectabat: Ita quidam malunt diuorum imagines, q̃ ipsos diuos animo contemplari. Vti ferrũ aut chalybs, cætera quidem duritię rigoreq́ superat, ab adamante uincitur: Ita res quidem potens est amor in liberos, sed hunc quoq́ superat pietas in deum.

Vt Adamas si frangi contingat malleis, in minutissimas dissilit crustas, adeò ut uix oculis cerni queãt: Ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam uertitur simultatem, & ex arctissimis fœderibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia: Aut supra modũ incandescit semel uicta lenitas. Quẽadmodum in opalo gemma multarum gemmarum dotes eminent: Nempe carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi uirens mare, cunctaq́ hæc pariter incredibili mixtura lucẽtia: Ita multorum uirtutes in uno hoc eminent, aut in sacris literis simul inuenitur quicquid apud illos Ethnicos scriptores placere potest. Opalum gemma indiscreta simi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

litudine adulterant Indi. Experimentum in sole tantum: Ita uirtutes quædam uitia sic imitantur, ut difficilimum sit dignoscere, nisi ad summam lucem proferantur. Carbunculi ignis & nomen & speciem habent, cum ignem non sentiant, unde & Apyrustæ dicti. Ita quidam pietatis opinionem & imaginem obtinent, cum à re sint alienissimi. Anthraciti carbunculorum generi peculiare est, ut coniectus in ignem, uelut intermortuus extinguatur, contra aquis perfusus exardescat. Ita quosdam contraria mouent, si exhorteris magis languescunt, si dehorteris magis accēduntur, si bene merearis redduntur inimici, sin male, pluris te faciunt. Iris gemma nō nisi in opaco reddit colores arquus cælestis, nec ita ut ipse habeat in se, sed parietibus illidat, in sole coloribus caret: Ita quidam uaria uirtutum simulachra præ se ferunt, sed in obscuro, & quod in se non habent, tamē in aliorum animis ueluti repræsentant, ac gignunt. Vt his gemmis summum est p̄cium, quæ nō modo uarietate colorum delectant oculos, & nares odore, uerum etiam ad remedia sunt efficaces: Sic his libris summum est precium, q nō solum habent orationis illecebras, uerum & salubribus præceptis nos liberāt animi uitijs. Vt quidam gēmas quasdam secum ubiq circūferunt aduersus morbos, maleficia, ebrietatē, tonitrua, ruinas, cæteraq mala: Ita quædam Philosophiæ decreta semper ad manū habenda aduersus incursuros animi morbos, libidinē, iracundiam, ambitionem, auaritiam & his cōsimiles. Draconites nec poliri potest, nec artem admittit, alioq elegans ac translucens: Ita diuina scriptura suū habet nitorem, nec artificiū philosophię, aut rhetorices admittit. Quædam gēmæ aceto maceratæ nitescunt, plęræq melle decoctæ: Ita quosdā meliores reddit acris obiurgatio, quosdam admonitio blādior. Facilius insculpes gemmis quę uoles si terebra ferucat: Ita magis

mouebis

mouebit orator, si non solum acriter dicat, sed ferueat & amet id quod laudat, oderit quod uituperat. Vti Magnes non quiduis ad se trahit, sed ferrum duntaxat, cum sint alia multo leuiora: Ita quorundam oratio non mouet omnes, sed iam propensos ad id, quod illi suadent. Vt quidam magnetes ferrum attrahunt: at Theamedes, qui in Aethiopia nascitur ferrum abigit, respuitqúe: Ita est Musices genus, quod sedet affectus, est quod incitet. Vti Magnes occulta quadam & incognita ui ferrum ad se trahit: Ita sapientia secreta quadam ratione trahit ad se animos hominum. Vt magnes ad se trahit omne ferrum, sed Aethiopicus magnetem quoque alium ad se rapit: Ita rex populũ quod iubet cogit: at ingenio aliquis rex etiam regibus cæteris uim facit. Vt Gagates aqua infusa incenditur, oleo restinguitur: Ita quidam quo magis roges, magis frigescunt: si negligas, ultrò cupiunt: Aut sunt quos officijs alienis, neglectu prouoces ad amorem. Vt lapis è Scyro fluctuat integer, fidit comminutus: Sic res discordia pessum eunt, concordia sustinentur. Siphnius lapis oleo excalefactus durescit, alioqui mollissimus: Ita quosdam benefactis reddas deteriores. Vt uitrum quia pellucidum nihil cælat: Ita quidam nihil tegere, nihil dissimulare norũt, quicquid in animo est, id protinus omnibus palam est. Vt uitrum copia uiluit, alioqui nec auro, nec argento cessurum: Ita sacerdotes ob turbam minoris fiũt, magno in precio futuri, si singulæ ciuitates singulos haberent sacerdotes, ut olim.

Hadrianus pontifex sextus. Quæst. Quotlib. 7.

Hoc est adhærere deo, de quo Apostol⁹ dixit: Qui adhæret deo, unus spiritus est cum eo, primæ ad Corinthios sexto. hoc est per amorem in deum transformari: ut Diony. 4. de diuinis nominib⁹ loquitur, & ita absorptum esse in deum, ut nullum pondus ipm alior sum trahat, sed solũ pōdus diuini amoris ipm ꝑpellat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ad finem, instar ferri, quod sua grauitate nihil magne ti ponderis adijcit. Nam ferunt naturales: si magnes aliquis fortis in libra appensus fuerit, & post ad se attraxerit ferrum, nihil ultra ponderis quàm antea ex solo magnete, iam ex ferro & magnete insimul erit. ita quasi absorpta, & ab effectu mouendi grauitas ferri uirtute magnetis impedita erit.

Augustinus Steuchus Eugubinus in recognitione in uetus testamentum, in secundum Geneseos cap.

Ibiq́ inuenitur bdellium & lapis onychinus.] Ex Hebræo ducta uox, nempe bdolach. Maxima autẽ incertitudo huius significati: Septuaginta enim hoc loco carbunculum interpretati sunt, qui lapis est fulgidus ac lucens, ut etiam testatur Hieronymus. Iidem alibi Crystallum interpretati sunt: alij smaragdum Hebræi hodie communiter dicunt eẽ crystallum. Hebræus autem Agaen sentit bdolah lapillos esse perexiguos ac rotundos, qui ex aquis prodeant. Plinius autem bdelium gummi esse scribit destillans ex arbore eiusdem nominis, unde cõgelascere, lapidẽq́ fieri, at quomodo in fluminibus tamen nascitur, ut hic traditur. Nicolaus sentit arborem esse aromatitẽ, neq́ aliud addit. Itidem uariatur in eo, qui mox sequitur Shoham, quem Aquila Symmachus & Theodotion onychinum sunt interpretati, Septuaginta lapidem Prasinum. Sic in Exodo autem Smaragdum Iosephus dicit esse Sardonychen. Ego autem existimo bdellium uniones significare, quia manna Nume. 12. huic comparatur, ubi dicitur: Species eius erat, sicut species dolah, mãna uero sicut margaritum est. Et lapis onychinus] Heb. Shoham, de hoc modo quid interpretati sint diximus. Cum Hieronymo autem sentiunt præter recitatos aliqui Hebræorum, præsertim Agon sic scribens: Shoham lapis preciosus est candidus & permistus. Deinde addit Auen Ezra. Nos aũt hæc ignoramus. Fatentur

itaq́

itaq; etiam Hebræi ingenuè se propriè quales hi lapides sint ignorare. Paguinus item in Thesauro onychē interpretatur. Augustinus Steuchus in recog. ueteris testamēti in 28. Exo. cap. Quatuor ordines lapidum] Cum in his lapidibus interpretandis Hiero. semp Septuaginta sequatur, & eorum in ea re approbaret æditionem, nō mihi uisum est afferre in medium, quæ de his lapidibus ab Hebræis dicuntur, cum & ipsi uehementer à Septuaginta & Hieronymo discrepent, & leuior apud eos de hisce rebus inueniatur cognitio, quā omnes alias gentes. In tanta igitur rerum ambiguitate tantaq; discrepantia magis erat septuaginta adhibenda fides, quam omnibus Hebræis & Chaldæis interpretibus, cum istos etiam & mendacij & inconstantiæ arguere possimus. Hæc quidem necessaria & uera excusatio. Exēpli causa: lapis is qui Hæbraice appellatur pitedah, quem Septuaginta & Hieronym⁹ topaziū interpretantur, ab alijs creditur eē smaragd⁹, ab alijs prasinus uocat̃, hoc est porraceus. Aliter Theodotion, aliter Aquila eum interpretatus est. Quare Septuaginta & Hieronymo standum.

Franciscus Georgius Venetus Minorita de Harmonia mundi totius Cant. 2. to. 3. Cap. 4.

Septimum uestimentum est mēsura paruū, sed cunctis prædictis celebrius: quod Hebraicè dicitur hossen, Græcè λόγιον. Hinc latinè traductū est rationale. Pannus quidem breuis ex quatuor antedictis coloribus intextus, habēs magnitudinem spithamę per quadrū, & duplex ne facile rūperetur. Habebatq; quatuor ordines, uel lineas, in quorū quolibet erant tres lapides pretiosi. In primo sardius, topazius, & smaragdus. In secundo carbūculus, sapphirus, & iaspis. In tertio lyngurius, achates & amethystus. In quarto uerò crysolithus, onychinus, & beryllus. In quibus cælata erāt duodecim nomina duodecim filiorum Israhel, In cuius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

rationalis quatuor cingulis erant quatuor anuli aurei correspondentes quatuor anulis, qui erant in superhumerali copulati uittis Hyacinthinis, & catenis aureis, ut ligatura firma esset, & una textura uideretur. Erat quoque (quod maxime importat) in ipso rationali iudicij, iussu dei positum, haurim uel tumim, quod nos habemus interpretatum, doctrinam & ueritatem. Et hæc erant super cor Aaron, pro quo nos habemus super pectus Aaron: quando ingrediebatur in templum coram domino, ut portaret Aaron iudicium filiorum Israël super cor suum, quando ingrediebatur coram domino semper. ¶Rythmica explicatio autore incerto de 12 lapidib. rõnalis.

Ciues cælestis patriæ, regi regum concinite:
Qui est supernus opifex ciuitatis Vranicæ,
In cuius ædificio talis extat fundatio.

De Iaspide.

Iaspis colore uiridi præfert colorem fidei,
Quç in perfectis hominibus nunq̃ marcescit penitus.
Cuius forti præsidio resistitur diabolo.

De Sapphiro.

Sapphirus habet speciem cælesti throno similem:
Designat cor simplicium spe certa præstolantium,
Quorum uita operibus delectatur & moribus.

De Chalcedonio.

Chalcedonius pallidam ignis habet effigiem,
Subrutilat in publico, fulgorem dat in nubilo.
Virtutem fert fidelium occultè famulantium.

De Smaragdo.

Smaragdus uirens nimium, dat lumen oleaginum,
Est fides integerrima ad omne bonum† facula,
† pacula Quæ nunquam scit deficere à pietatis opere.

De Sardonyche.

Sardonyx constans tricolor, homo fertur interior,
Quem denigrat humilitas, in quo albescit castitas.

Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Ad honestatis cumulum rubet quoq; martyrium.

De Sardio.

Sardius est puniceus: cuius color sanguineus,
Ostentat & martyrium rite agonyzantium.
Sextus est in catalogo, crucis hæret mysterio.

De Chrysolitho.

Auricolor Chrysolithus scintillat uelut Clibanus,
Prætendit mores hominum perfectè sapientium,
Qui septiformis gratiæ sacro splendescunt iubare.

De Beryllo.

Beryllus est lymphaticus, ut sol in aqua lympidus,
Figurat uota mentium ingenio sagacium,
Quîs magis libet sumere pulchrę quietis otium.

De Topazio.

Topazius quo rarior est, tanto pretiosior.
Nitore rubet roseo, & aspectu æthereo.
Contemplatiuæ solidum uitæ monstrat officium.

De Chrysoprasso.

Chrysoprassus purpureus, auricolor, & flammeus,
Cuius splendor in tenebris, flammas euibrat oculis.
Hic est perfecta charitas, quam nulla sternit feritas.

De Hyacintho.

Hyacinthus est cęruleus, uirore medioximus,
Cuius acuta facies mutatur ut temperies.
Vitam sumit angelicam, discretione præditam.

De Amethysto.

Amethystus præcipuus, colore uiolaticus,
Flammas emittit roseas, & uiolas purpureas.
Prætendit cor humilium Christo commorientiū.

Quid significent ij lapides pretiosissimi.

Hi pretiosi lapides carnales signant homines.
Colorum est uarietas, uirtutum multiplicitas.
Quicunq; his floruerit, congruus esse poterit.
Hierusalem pacifica, hæc tibi sunt fundamina:
Felix & deo proxima quæ te meretur anima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Custos tuarum turrium non dormit in perpetuũ,
Concede nobis ἁγνε rex ciuitatis cœlicæ,
Post cursum uitæ labilis, consortium cum superis.
Amen.

FINIS.

ALARDVS lectori.

PLurima non alio miramur nomine signa:
Quam quòd ab ignotis sint ea uecta locis.
Adducta extremis ueneramur pharmaca ab ĩdis
Adducta è Solymis fragmina suscipimus.
Sutilis externo transmittitur orbe coralla:
Aut lapis, aut Tophus, aut ebur, atq; cyphus.
Sic nihil in pretio est, nisi sint exotica plane,
Pluris & hoc fiunt, quo peregrina magis.
Hoc plus suspicimus, plus demiramur, & hoc plus
Per fas per'q; nefas quisquis habere studet.
Mille per imposturas, mille per insidias'q;
Alterius manibus nitimur eripere.
Nescio quid plus est, quod donet præmia rebus,
Siue loci Genius Barbaricumúe solum.
Nobile longinquis adductũ hoc symbolon oris,
Et paruo prostans, quin tibi lector emis?

Aliud.

Quod si rara iuuant, & raris maior habetur
Gratia, sic grata est quam rosa prodit hyems.
Ecquid in immenso deprehendas rarius orbe?
(Omne solum penetres, omne'q; littus ares)
Omnigenis quàm farta nitentibus arcula gemmis,
Quas hoc è calatho iam licet accipias.

Aliud

Si magis illa iuuant semper quæ pluris emuntur,
Eruta non summa gemma iuuabit ope.

Aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Aliud.

Non est è putridis hæc eruta gemma lacunis,
Barbarico nascens Vandalicoúe sinu.
Sed dedit aut Oriens, dedit aut Aegyptia tellus,
Indicus aut lapides hos dedit Oceanus.
Multum crede mihi refert, è litore carpas
Quod fuit, an pigro quæ stetit unda lacu.

Aliud.

Indica si fuluum condat formica metallum,
An gemmas gnauus non cumulabit homo?

Aliud.

Oebalis Herculeo debet quoq; purpura multum:
Plus Marbodaico gemma sed ingenio.

Aliud.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Pauperiem fugiens per mare, perq; niues.
Rugosum piper, & pallentis grana Cymini
Vt legat, & merces ampliet exiguas.
Tu nuce nec cassa medioúe nec emeris asse
Has tot opes? an quod merx putet ultronea?
An quod & Aesopi gallus plus paucula malit
Hordea, quam gemmas Persidos omnigenas?

Aliud.

Si cupis immenso nitidos ex orbe lapillos,
Quem Marbodæus dat cito prænde librum.

Aliud.

Vt totum quoq; peruageris orbem,
Et uastum penetres subinde pontum,
Quid uis, & patiens, agensq;, & audens,
Quo sis & cito sis abunde diues,
Et mercis uariæ, reconditæq;,
Lautæ, & multiiugæ supellectilisq;,
Et sudes satis, & satis fatiscas,
Prorsus nil tamen eruas licebit,
His quod sit pretiosius lapillis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Si tanti uitra, margarita quanti?
Nam quod continet æquor, atq; terra,
Et Thetis gremio fouet potenti.
Marbodæus in hoc habet libello.

Aliud

Ἴασπιρος ὡς κάλλιστος ἐν 'ουρανῷ ἵσταται ἀστήρ.
Indicus irradiat sic lapis inter opes.

Alopecius Lectori.

QVoniam prius cœpta sunt excudi Alardi Scholia, quàm nobis Pictorij libellus exhiberetur: ob id non potuit eodem, quo digessit ordine formulis committi.

Vale.

PROOEMIVM PICTORII VILling. in Marbodæum.



VEtustum sane institutum, ut poëtam interpretaturus, illius nominis & uitæ mentionem faciat. Deinde libri titulum, carminis qualitatem, librorum numerum, & poëtæ intentionem enarret. Poëtæ igitur nomen est Marbodæus Gallus. Nam sic nostri exemplaris initium habuit. At de uita illius multa scribere ambiguum est, quia uel propter materiam in eo contentam, uel temporum uetustatem, neglectus ita latuit, ut uix tãdem in nostri seculi commodum prodierit, tametsi non dubito eum à doctissimis ad limam rectiorem esse politum, etiam nostris tẽporibus. Quoniam illius poëtæ uersus crebrò apud Vincentium in speculo naturali, & apud Bartholomæum Anglicum lib. 16 citatos inuenio. Non tamen bene admodum sonantes, & ad poëticas regulas emendatos, ut hi sunt: Qui quidem

dem Enchiridion hoc lapidarium sæpiuscule appellitant. Cui cordi est uerum perscrutari, tale speculum libro 9. ferè singulis capitibus euoluat, & in multis Anglicum, qui ut suas rerum proprietates autoritate roboret, frequènter citat hoc manuale.

Libello nomen Enchiridion, quod pugionem aut manuariam tabellam, teste A. Gellio libro 20. uocant inditum reperi.

Carminis qualitas est, non grandiloqua neq; sublimis. Nam de lapidibus scripsisse humili genere, uniformi, & puro heroico satis esse quis inficias iret?

Vnicus est liber poëtæ animum & beneuolentiam in amicos referens, quem tribus ut multis communicaturum se ostendit in prçfatione sua, propter frugem & commodum, quæ omnia ex hoc Enchiridio uenari licet. Quoniam multos in se contentos habet lapides, quibus si rite utaris, facile omnigenis morborum generibus medebere. Reliqua ex scholijs nostris colligas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Achates 13.96 105
Adamas 11.100 103.104.112.113
Aëtites 46.117.89.99
Alabanda, Alabandina siue Alabandicus 42
Alectorius 15.118
Argyrodamas 63
Amethystus 32.114.118 107.112
Amethystizontes 44
Androdamas 63.53.99
Apistos 68
Anthracites 43
Aquileus 46
Asbestos 53.115.96
Apyrausta 44
Aphroselinus 92.83
Arabius 94.86
Alabastrites 94.83.87
Ageratus 93
Assius 93
Asius 81.84
Asyrius 83
Antipathes 80.84
Anthrax siue Anthraciõ 108.43
Apyrauste 98
Anthracias 100
Barbarus 93
Beryllus 100
Carbunculus 43.108
Ceraunius, Ceranius 48
Chalazias 56.118.99
Chalcedoni⁹ 20.11.118
Carchedonij 45.113
Chelidonius 34
Chelonites 57.114
Chalcophonos 68.99
Chrysolithus 27.114
Chryselectrus uel Chrysolectrus 71.75
Chrysoprasus 30
Chrysolampis 98.23
Cynacus 97
Chrysoberyllus 110
Chalcosmaragdus 97 111
Chrysocomos 106
Capnites 76
Cetes 90
Callais 97
Chrysocolla 118
Coralius, corallium 40 89.84
Corneolus 43
Crystallus 58.114.118
Diadochos 69.75
Dionysias 70.99
Daphnius 77
Diacontias 98
Epistrites 47
Enydros 62.100
Elatites 53
Excbenus 77
Echytes 99
Florentia 117

Gaga-

Gagates 35.93.97. 85.82
Gagatromeus 47
Galactis, galactites siue galaritides 58.94.84 177.87.82.84
Geranites 16
Gemonides 55
Galaxia 82
Glossopetra 99
Gemma 75
Graphis 95
Gorgia 96
Hephęstites siue Hepeste tis 75.50
Hæmatites 51.8.94.85 91.98
Heliotropia 49
Hexecontalithus 56.98
Hieracites 16
Heraclius uel Heraclita 39
Hyacinthus 31.114 116.98
Hyænia Hyenius 97.61
Heracleia 93
Hyacinthizontes 100
Iaspis 17.107.114.88
Iaspis uiridis 92
Iris 62.99
Iudaicus 92.69.83.88
Ignites 77
Ignarius 69
Lipares siue liparæa 61
Lithodendron 42
Lyncuriū, lyncurius, lyngurius 45.77.107.96
Lunaris, lapis lunæ 47. 82.
Leucogea, leucographia leucophis 60.82
Lapides spongiarum 90
Lithocolla 90
Lychnites 100
Lapis qui in fronte asini nascitur 77
Lapis uesicę 69
Margarita, margaritū, margarites 75.64
Magnes, Magnetes 38 93.115.116.117.
Medo 55
Molochites 94
Molochthus 87
Memphites 83
Mennonius 77
Moroxus 95.82
Meconites 99
Myrrhites Ibidem
Myrecites Ibidem
Mitridax Ibidem
Melitides 86.82
Nasamonites 98
Onyx 26.83
Ophthalmius 64
Orites 59
Ostracites 91
Ophites 91.83.86
Obsianus 77
Odontes Ibidem
Pan-

Pantherus 67
Phrygius 92.84.80
Pæanites, pæantis, pæantides 54
Prasius 57
Pyrites 69.42.115.81 118.92.99
Pyropus 44
Pyrois Ibidem
Phamis 92
Ponticæ gemmæ 97
Pumex 91
Pyropi 98
Pædoretes 99
Raphiusius 46
Sagda 5499
Sapphirus 18.92.112 114.83.88
Sarda, Sardius 24.114. 97.17
Sardonyx 25.114.107
Selenites 46.83.11.99 88.
Smaragdus 20.114.97 105.
Siderites 20.61.99
Syrtites 18
Symphites 60
Schistos 53.85
Smiris 94.91.90
Smilaces 99
Solis gemma 99
Sarcophagus 78
Specularis lapis Ibidē
Tecolithos 68
Topazius 28.114.75 107.112
Thyites - 92.83
Terebynthizon 83
Trisutes 78
Thraci9, Thracias 93.86
Vnio 63.116
Vrius 69
Vrientana gemma 96
Veneris crinis 99

FINIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

ERRATA.

Pretiosiora pagina 3.facie 2.ἀδύνατα καὶ ἄτοπα pag. 6.fa.2.ἀλληγορίαν pa.6.f.2 magicum pa.7.fa.1. uideantur pa.8.fa.1.παρέργα pag.8.fa.2.particula pa.11.fa.2. disertum pa.16.fa.1.erat pa.7.fa.2.locus pa.19 fa.1. ex eo pa.21.fa.1.Gryphis pa.22.fa.2 cap.6.pa.26.fa. 2.De Beryllo Plinius pa.28.fa.1.uel uitium pa.29.fa. 1.Meandro pa.30.fa.2.quidam pa.32.fa.2.crocei pa. 37.fa.1.collo pa.38.fa.1.trabibus pa.41.f.2. Corneolos pa.43.fa.1.Apyroti pa.43.fa.1.aquilarum pa. 47 fa.1.lapidem pa.47.fa.1.prægnans pa.47.fa.1.Ceraunius pa.47.fa.2.ſuo ceraunium pa.48.fa.1. auerſio pa. 80.fa.2.θεοὶ pa.60.fa.1.lapis.pa.60.fa.1.dante pa.60 fa.2.paſſionē pa.67.fa.2.Strigesq́ pa 67.fa.1.Iudę p. 94.fa.2.margarites pa.94.fa.2.hos pa.95,fa.1.πῦρ p. 95.f.2.extra p.70 f.2.nitenti pa.71.f.2.ſetis p.73.f.2 decorem pa.106 f.2.reglutinare pa.83.f.2.Naxia pa. 84.fa.1.metam pa.108.fa.2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
4040/A/1